Oppōit **Cōtra** hoc arguit nō sequit hō ē asinꝰ: vl manus mea ē clausa. s3 nulla manꝰ mea ē clausa. ergo hō ē asinꝰ: ꝛ tñ arguit a tota disiūctiua cū vª destructiōe viniꝰ ptis ad positionē alteriꝰ. ergo solo pcedēs nō satisfacit. maior p3 posito ꝙ manus claudat tpe plaōis maioris: ꝛ tpe minoris apiatur.

Rñdet ¶ Rñdet ꝯcedēdo ꝙ nō sequit stāte casu argumē/ti: qꝛ nō af. cū ꝯdictorio viniꝰ ptis. si copula istiꝰ ma/nus mea ē clausa iportet pcise tps in q̄ pfert maior. ꝛ in minore tps iportatū per copulā distribuit p illo puo tpe i q̄ est maior ꝛ nō ē mior: qꝛ tūc copule ppō nū nō referunt ad idē tps. ꝛ hoc est ꝯ nā3 ꝯdictiōis vt p3 ex diffōne elēchi. Si tps importatū p copula3 negatiuā distribuat p toto tpe in q̄ sunt maior ꝛ mi/nor: ꝛ tūc ꝯcedit ꝯña. ꝛ quēadmodū ꝯñs est fīm: ita est añs. imo impossibile ppter partiū incōpositatem sensus minoris est: nulla manus mea in tpe pñti est clausa: vbi tps pñs capit pro tpe plationis vtriusq.

2ꝰ opponitur **Secūdo** arguit ad idē. Nō sequit sortes est asinꝰ vel sortes nō est asinꝰ: sed sortes nō est asinꝰ. ergo sortes est asinꝰ: ꝛ tñ af a tota dis

Rñdet iūctiua: ꝛc. qꝺ nō sequat p3 de se. ¶ Rñdet ꝙ male cōcluditur: qꝛ in minori posuimꝰ vnā negatiuā: ꝛ sic affirmatiua erat destructa altera: pars (relatiue altera) est negatiua sed op3 cōcludere. sortes nō est asinus sed si dicatur in minori. sortes est asinꝰ iam de/struo negatiuam. debeo concludere sortē esse asinū.

Oppōit **Contra** hoc arguit sic. ista ꝯña nihil v3. sor/tes nō est asinꝰ vel sor. est asinꝰ: s3 sortes ē asinꝰ: ergo sor. est asinꝰ. gꝰ solo nulla. qꝺ nō sequat p3: añs est veꝛ: qꝛ est disiūctiua cuiꝰ vna pars ē vª. dr ꝙ añs nō est disiūctiua ppō: sed si capiat disiūctiue nihil ad regulā: sed añs d3 esse vna copulatiua cuiꝰ pꝛior pars est disiūctiua: posterior vo cathegorica vnā ptē destruēs (scđe itētionalr destruēs) infe/rēdo totū residuū in fōa. ꝛ ex ista regulā cōiter infe/rūt doctores ꝙ ex ipoli seqt q̄l3: ꝛ ois copulatiua cōposita ex ꝯdictorijs gfa fōe q̄l3 isert p hoc me/diū qñcūq arguēdo a pꝰ ad vltimū ꝯñc itermedie sunt fōales pᵐ añs formalr infert vltimū ꝯñs. De/claraf. bñ sequit sortes currit: ꝛ sor. nō currit. ergo sor. currit a tota copulatia ad alterā eiꝰ ptē: ꝛ vltra. sortes currit. gꝰ sor. currit vl hō ē asinꝰ. vtraq istarꝫ ꝯñarꝫ ē fōalis ꝛ hʒbet ꝙ hec copulatiua illā disiun/ctiuā infert. Et rursus sor. currit: ꝛ sor. nō currit: er/go sortes nō currit. ergo pꝰ copulatiua fōalr ifert sortes currit vl hō est asinꝰ: ꝛ sor. nō currit. ꝛ tūc capio illas tres sortes currit vl hō ē asinꝰ: ꝛ sor. nō cur/rit. ꝯcludit ergo hō est asinꝰ. Qꝺ impossibile iferat q̄libet materialiter declarabitur in cōsequentijs.

Oppōit **Deinde** af ꝯ necessitatē disiūctiue pbādo ꝙ ista nō est nec̄ia. sortes currit vl sortes nō currit: ꝛ sit rei vitas ꝙ sortes currat disiūcti/ua insequit partē fortiorē: s3 ps fortior est vª: ꝛ ꝯtin/

Instat gēs: ergo tota disiūctiua est vª ꝯtingēs. Forte dicis ꝙ neutra pars est fortior altera ad esse ꝯtingens: vel forte dicis ꝙ disiunctiua insequit partē fortiorē: tñ ad hūc sensum ꝙ nō descēdit sub pte inferiori: sed non est inconueniens ꝙ vtranq partem transcendat.

Cōtra hoc af. Plato disputat quā suppono verā reddit disiūctiuā ꝯtingētē cū hac. sor. currit. gꝰ hec sortes nō currit. reddit ꝯtingētē cū hac: sor. currit. ꝯña t3: qꝛ plato disputat ē vª. sor. nō currit ē falsa ꝛ veꝛ q̄l3 plus facit ad nec̄itatē q̄ fīm. Oppōit instātie

¶ Rñdet negādo ꝙ hec sit nec̄ia. sor. currit: vl plato disputat: ꝛ qñ dicis veꝛ facit plus ad necessitatē q̄ fīm eo ꝙ plus facit ad vitatē. ¶ Rñdet ꝙ si sic in/telligat veꝛ plus facit ad vitatem. i. reddit plura vª ꝯcedo: si itelligat ꝙ reddat vnā totalē disiūctiuā magis verā: hoc nego: eo ꝙ vna ppō vª nō ē vior altera vª gnimo nulla ppō ē vior altera. ꝛ nulla ppō est falsior altera: qꝛ vitas ꝯsistit i diuisibili quēadmodū anguli recti: ꝛ sic falsu3 est veꝛ eq̄liter ꝯdicūt ad ne/cessitatē ceteris paribꝰ sor. nō currit. nō ꝯstituit disiū/ctiuā nec̄ia3 cū hac sortes currit: eo ꝙ ē falsa: sed qꝛ ei repugnās qꝛ aliq̄ disiūctiua ē nec̄ia cuiꝰ q̄l3 ps est vª. hꝰ p3 de hac. deꝰ ē vl hō ē aial. Etiā qñ vtraq ps ē ꝯtingēs vt antixps nō est albꝰ vel hō est coloratus vtraq ps est ꝯtingens ꝛ vª. ꝛ tota disiūctiua nec̄ia. Rñdet

Secūdo af. ad idē. Ista cōponit ex duabꝰ ꝯdictorijs hoc ē fīm vel hoc nō est fīm ꝯtinue demōstrādo affirmatiuā: ꝛ tñ nō est necessaria: ergo nō ois disiūctiua cōposita ex ꝯdictorijs ē necessaria: ꝙ ista nō sit necessaria pbat. vtraq pars ē falsa. ergo tota disiūctiua nō est necessaria. ¶ Rñdetur breuiter negādo ꝙ illa nō est nec̄ia: imo est falsa ꝛ formaliter necessaria patet intelligenti insolubilia. Oppōit secūdo Rñdet

Cōtra hoc af. stāte casu pmi argumēti ꝯ hāc mā3 hec ē ꝯtingēs sortes currit: ꝛ hec ē tota vitas istiꝰ disiūctiue: gꝰ tota vitas huiꝰ disiūctiue ē ꝯtingēs. ꝛ p ꝯñs hec disiūctiua ē ꝯtingēs. ¶ Rñr ꝯcedēdo maiorē ꝛ distinguit minor. vl ille gñs illiꝰ disiūctiue itrāsitiue ꝯstruit ita ꝙ sit sensus hec ē tota vitas q̄ ē hec disiūctia vª: ꝛ sic nego ꝙ illa ē ipolis. aut trāsitiue ꝯstruit: ita ꝙ sit sensus hec est tota vitas quā h3 illa disiūctiua vel que denominat illā disiun/ctiuā verā. ꝛ sic conceditur ꝯclusio in eodem sensu. Oppōit tertio Rñdet

Quarto af. sortē currere ē ꝯtingēs: ꝛ sorte3 currē est sorte3 currē vel sorte3 non currē. ergo sor. currē vel sor. nō currē est ꝯtingens: ꝯña t3 expositorie: ꝛ añs est veꝛ. gꝰ ꝛ ꝯñs. ¶ Rñr ꝙ pmisse sunt mltiplices p hoc ꝙ ꝯtingens pōt capi pme intētionalr put tm̄ v3 sicut res ꝯtingens. Uel scđe intētionalr p ppōne ꝯtingēti. si ꝯtingēs in ma/iore capit pꝰ itētionalr: tūc ꝯcedo maiorē: qꝛ sēsus ē sortes currēs est res cōtingens cū subiectū supponat psonaliter etiā maior est cōcedēda si ꝯtingēs capitur scđe intētionalr: qꝛ sensus est sortes currit: est ppō cō/tingēs in pmo sensu est singularis: in scđo indefini/ta. Et ad maiorē eā distinguo vel oēs termini capiū/tur sig̃tiue: ꝛ tunc est sensus. sortes currēs est sortes currēs vel sortes nō currēs. ꝛ hoc est veꝛ: vel ambo termini capiunt mālr pro ppōnibꝰ quarꝫ sūt dictai ꝛ tūc minor est falsa: ꝛ sensus est hec ppositio sortes currit est hec ppō. sortes currit vl sortes nō currit qꝺ est falsu3. Et si dicas bñ sequit sortem currē est sor. Oppōit quarto Rñdet

currere

currere: ergo sortē currere est sortē currere: vel sor/tē nō currere a pte disiūcti ad totū disiunctū: vel ab inferiori ad supius. Dicit q terminis mĺiter sum/ptis ɔña nihil vʒ imo fm illā sigtionē disiūctorum nō est supius ad ptem ei⁹ imo disparatū ꝓcedēdo semper sigtiue ɔcedit añs cū ɔñte: ꝛ capiēdo ɔiungēs prime intētionalr si semꝑ scđe intētionalr ꝓcedat qcqd sit de for̄a arguēdi: minor est falsa: sicut ꝛ ɔcl'o. Si teri difformiter capiant erit falla equocatiōis. Et ex illo pōt solui aliud argᵐ q̄ argueret idē est sigtū hui⁹ sor tes currit: ꝛ hui⁹ disiūctiue sortes currit vel sor. non currit. sed vnū sigtū est cōtingēs: ergo ꝛ reliquum.

Oppō tacita — Rñdet tacite oppositiōi: ¶ Rñr q sor. currit nihil aliud sigt nisi sortē curre re ꝛ insup sortes currere est sortes currēs: ꝛ illud est sigtū disiūctiue nūc sʒ si sortes nō curreret: sortē nō currere eēt sigtū disiūctiue illi⁹. Sʒ fateor q eadeʒ res successiue ē sortē currē ꝛ sor. nō currē: puta sor/tes. Et ex illo potes dissoluē aliud argᵐ q̄ ꝓbaret q isti teri ɔuertunt: qꝛ oē qđ est sortē currē est sortem currē vel sortē nō currē ꝛ ecōuerso. hoc ē verꝫ nunc actu: sʒ nō opʒ ecōuerso: qꝛ si sor. gescit hec ē fl'a. oē qđ ē sortē currē vl' sortē nō currē est sortē currere.

Oppōit quinto — **Quinto** af. hec disiūctiua ē necīa fm Arist. iste hō erit vel iste hō erit vel iste hō erit. ꝛ sic de singulis demrando oēs hoīes futuros ꝛ loquamur fm ꝑncipia Aristo. ꝛ tñ ista nō est neces/saria aliquo istoꝝ modoꝝ: ergo dicta male ponunt. q illa sit necessaria pʒ p impossibitatem sui ɔ̄dictorij.

Instat — Forte dicis complectit in vno modorū eo q partes repugnant in suo ɔ̄dictorio: ꝛ sic illa est disiunctiua pticipat legem subcōtrariarum vel contradictoriaꝝ.

Oppōit — **Cōtra** hoc af. Illa disiūctiua ē falsificabilis: g⁹ nō pticipat leges dictas: preterea illo dato: seq̄ret q hec disiūctiua esset necīa aliq̄ ꝓpō est pticularis vel baculus stat i angulo: ɔñs ē fl'm vt pʒ p ɔtingētiā sui ɔ̄dictorij. g⁹ ꝛ añs. ɔña tñ pʒ: qꝛ illi disiūctiue repugnat falsitas ꝛ nō vitas. ꝛ hec est lex sbcōtrariaꝝ q repugnet eis falsitas pʒ: nō pōt eē fal/sa: nec qñ ē nec qñ nō est fm sigtionē quā teri hñt.

Instat — Forte dicis sicut dicēdum est repugnat ei falsitas ad hūc sensuʒ q nō pōt eē disiūctiua falsa: sʒ pōt al'r eē q̄ tota illa disiūctiua significet quod sufficit. Tūc re deo ad principale: ꝛ sic arguo. Quelibet cathego rica illi⁹ disiūctiue erit falsa: ergo illa tota disiūctiua erit falsa: tʒ ɔña ex eo q nulla ꝓpō cathegorica post/q̄ erit falsa: in posterū erit vera. Et añs pʒ. hec erit falsa iste hō erit demōstrādo sortē futurū cras: qꝛ ipo mortuo nō repugnet nāl'r sꝑ itelligo: ꝛ hec erit falsa: iste hō erit demrando platonē futuꝝ in anno seque/ti: ꝛ sic de alia cathegorica.

Rñdet — ¶ Rñdet negādo q illa disiūctiua sit falsificabilis: imo necesse ē ita esse sicut p eā sigtur. Et qñ hoc iprobas: qlibet cathegorica ē falsificabilis conceditur nulla est cathegorica cuius pronomen demonstrat aliquem hominem futurum quin ipsa erit falsa ꝛ nunq̄ postea vera ꝛ nego pro/pterea q tota disiunctiua erit falsa: qꝛ semper habe/bit aliquam singularem veram q̄q̄ nullā singula/rem semper habeat veram.

Oppōit — **Cōtra** hoc af. si q̄libet cathegorica erit falsa. oēs cathegorice erūt false: ꝛ si oēs erūt false tota disiūctiua erit falsa. Pria ɔditionalis ꝓba/tur: si qlʒ cathegorica erit falsa: tūc due pᵉ cathego/rice erūt false posita ɔ̄stātia tres pᵉ erūt false centuʒ pᵉ mille pᵉ: ꝛ sic i infiᵐ ascēdēdo.

Rñdet — ¶ Rñdet q hec ɔditionalis ē negāda qlʒ cathegoᶜᵃ erit falsa: g⁹ oēs cathegorice erūt false q̄liter cūq capit oēs siue distri butiue siue collectiue: ꝛ ɔcedit q due pᵉ erunt false cētuʒ pme mille pme ꝛ sic q̄cūq multitudine fini/ta singulariuʒ data tota illa erit falsa in vno tpe fini/to: sʒ assignādo infinitā multitudinē singulariū q̄ in cludit in hac pticula. ꝛ sic de singulis disiunctiua ex his oīb⁹ cōposita nūq̄ erit falsa.

Instat — Forte dicis ex q̄ ista est va qlibet cathegorica illi⁹ disiūctiue erit falsa: tūc dādo suā de pñti qlibet cathegorica illi⁹ disiūctiue ē falsa illa erit va. ꝛ sic tota disiunctiua redditur falsa.

Rñdet — ¶ Rñdet q nō bñ dat sua de pñti sed postq̄ illa ē vl'is dʒ habere plures singulares de inesse: q̄rū qlʒ erit va. ꝛ ita erit i ꝓposito. hec cathegorica illi⁹ disiū ctiue est falsa iterdū erit va: ꝛ sic de qlibet alia singu lari de iesse. nec ꝓpterea seqtur q iste sūt ɔcedende. oēs iste cathegorice erūt false: qꝛ demrando ifinitas: ille nūq̄ erūt false nec disiūctiua falsa: sed ɔcedo sꝑ q qlibet cathegorica illi⁹ multitudinis erit falsa. Ex hoc pʒ qđ reqrit ꝛ sufficit ad necessitatem disiūctiue sꝑ obseruādo q si disiūctiua legē subcontrariaꝝ vel ɔ̄dictoriaꝝ seruet ipsa ē necīa qđ facili⁹ p impossibitatē copulatiue ei ɔ̄dicētis euadit notū.

Instat — Hic potest fieri argᵐ ex hoc qđ añ dictū est q nō erat multū iopina/bile dare copulatiuā ipoleʒ cui⁹ qlʒ cathegorica est va in modalib⁹ cōpositis vt sortē currē ē pole ꝛ sor tē nō currē ē pole. ꝛ hoc fuit apparēs tenēdo q qlʒ

Rñdet — modalis cōposita dʒ poni i esse reseruatis terminis in forma cū partiū cōpossibilitate secluso modo vt ca/pio disiunctiuam copulatiue cōtradicenteʒ ipsa erit vera imo necessaria: ꝛ qlibet cathegorica eius falsa. extra insolubilia df q hoc est ɔñs ꝛ correlarie iserī.

Oppōit — **Cōtra** hoc af. Tūc capio talē disiūctiuā: non sortē currē ē pole: vel nō sor. non currē nō ē pole: sʒ sortē nō currē ē pole: g⁹ nō sortē currē ē pole. tʒ ɔña a tota disiūctiua cū destructiōe vnius ptis ad positionē alteri⁹ ponēdo q negatio adūbial' i frōte disiūctiue sita pcise cadat i porē cathegoricā.

Rñdet — ¶ Rñr q h modus negaret ɔñam ꝛ totuʒ añs ē ab ipo ɔcedēdū disiūctiua: qꝛ necīa ɔ̄dictoria vni⁹ ptis: qꝛ va nō repugnās ꝛ ɔña negādū ꝛ rōnem benā da ret ɔñter: qꝛ regula sup hoc fūdat pᵒ dādo disiūcti/uā ꝛ destruēdo vnā ptē necē est ponē alterā: qꝛ si ita ē sicut p disiūctiuā sigtur ita ē sicut p vnā ptem eius sigtur qđ nō ɔtingit in ꝓposito: qꝛ ita est sicut p hanc disiūctiuā sigtur. nullū ly sortē currere est possibile. vel nō sortē nō currere est possibile. ꝛ tamē nō ē ita sicut per vnā ptē eius sigtur. ꝛ diceret regulam vsq quaq teneri ex̄ modales cōpositas. Doctor etiā non dat illam solutionē: sed inquit. Pōt go dicere. Sed q̄ris est necesse ita dicere. dicit q nō. imo illa ɔña fa cta a tota disiunctiua est bona siue in modalib⁹ com

possibile siue nõ. ⁊ ista est possibilis. sortẽ currere est possibile: ⁊ sortẽ nõ currere est possibile: est vera. ⁊ dz poni inesse per cathegoricas incõiunctim sumptas. hoc non obstante

Instat

aliud nõ est inopinabile. Forte dicis dabilis est vna copulatiua impossibilis cui⁹ q̃libet cathegorica est vel erit vera: patet de hac copulatiua. iste homo nõ erit ⁊ iste homo nõ erit ⁊ iste homo nõ erit. ⁊ sic de singulis demõstrando oẽs homines futuros. illa copulatiua ꝯdicit disiunctiue necessarie: ergo est impossibilis. ⁊ tamen quelibet cathegorica erit vera: igitur.

Respõdet ꝯcedẽdo cõclusionẽ nec hoc incõueniens est ꝑ hanc mãm: q2 quelꝫ cathegorica huius copulatiue sortes currit ⁊ sortes nõ currit erit vera: ⁊ tamẽ illa copulatiua nunq̃ erit vera: sed dissimile est in ista magna copulatiua i qua dabuntur due cathegorice vere. similiter tres cathegorice mille ⁊ sic de quocunq3 numero finito.

Opposit dubitationi

Jam arguit̃ ꝯ dubitationẽ disiũctiue q2 ante dictum est q quelibet disiũctiua cui⁹ vtraq3 pars est dubia si copulatiua ꝯtradicẽs nõ sit cognita impossibilis cũ attentione est contingens vt pz de talibus. papa dormit vel plato est sub paruo ponte.

Opposit

Cõtra hoc ar. ⁊ ꝑpono hãc disiunctiuã. sortes currit. vel hec disiũctiua scripta i pariete ẽ platoni dubia posito q plato multũ erudit⁹ ꝯsideret circa illã disiũctiuã posita dubitatiõe circa priorẽ ptẽ. iam q̃ro vtrũ disiũctiua scripta sit platoni dubia. Si dicas q sic. Ar. ois disiũctia cui⁹ vna ps est scita a platone est totalr scita: disiunctiua ꝑposita est hmõi: ergo ẽ totalr scita. pz ꝯña cũ maiore. ꝑbatur mior. plato scit ita eẽ sicut 2ª cathego^ca sigt: g⁹ ipsa ẽ a platone scita. ꝯña tenet ex terminis large capiẽdo scire: ⁊ añs pz: q2 scđa cathegorica ẽ platoni dubia. qđ

Instat

ꝑbo nõ est impossibilis. Forte dicis est scita ab eo.

Opposit instãtie

Contra hoc ar. Est scita a plõne g⁹ ẽ vera. ⁊ vltra. g⁹ ita ẽ sicut ipsa sigt: s3 ipsa sigt q hec disiũctiua ẽ platoni dubia ⁊ ita ẽ p te: g⁹ ipsa ẽ

Rñdet

platoni dubia: ⁊ p ꝯñs nõ ẽ scita. ❡ Rñr q illa disiũctiua ẽ platoni dubia: ⁊ vtraq3 ps est ei dubia. ⁊ nego q 2ª ps ab eo sciat. ⁊ ad ꝑbationẽ in q̃ ꝯsistit totũ argm̃ plato scit ita eẽ sicut illa sigt. g⁹ illa ẽ scita a platone. nego ꝯñam. S3 ad bñ arguẽdũ opz addere i añte ⁊ nõ repugnat illã ptem sciri a platone que ꝯña est bona. ⁊ queadmodũ ꝯño est falsum ita ⁊ añs.

Opposit

Contra hoc ar. sic. limito tibi terminos q illa ꝑpõ dicat scita qñ qs scit ita esse sicut sigt hoc ẽ possibile: tũc reduco argm̃ vt supra. Tum 2° nõ repugnat illã disiũctiuã sciri a sorte: g⁹ nec a pla-

Instat

tone. Forte dicis nõ repugnat illã disiũctiuã sciri ab vno eo ꝑpter p̃mã ptẽ: ꝑpterea sp addo stãte dubitatiõe p̃oris ptis. Tũ 3° dubitato vno ꝯdictoriorum dubitandũ ẽ ⁊ reliquũ. sed copulatiua huic disiũctiue ꝯdicẽs nõ ẽ platoni dubia: imo scita ab eo eẽ falsa g⁹ hec disiũctia ẽ scita ab eo esse vera ⁊ p ꝯñs est scita.

Rñdet

❡ Rñdet nõ admittẽdo illã limitationẽ in terio: q2 i hõstãdo buridan⁹ ⁊ mlti alij finxerũt hãc ypo^cam.

Ad 2m Rñsio

Ad 2m ꝯcedit añs negat ꝯño cũ ꝯña ꝑpter repugnãtiã in terio. ecõuerso põt dari disiũctiua quã sor. nõ põt scire: ⁊ eã plo põt scire. pz de hac disiũctiua. hõ est asin⁹. vel hec disiũctiua ẽ sor. dubia.

Ad vltimũ

Ad vltimũ dr̃ q plato scit copulatiuã ꝯdicentẽ illi disiũctiue esse falsaz: ⁊ ꝯcedit q disiũctiua ẽ scita vera: hoc ẽ illa disiũctiua ẽ vera esto q p̃or ps sit falsa: q2 nõ se falsificat. ⁊ nõ seqt̃. plo scit hãc disiũctiuã eẽ verã: g⁹ hãc disiũctiuã scit. ⁊ nõ opz q sp dubitato vno ꝯdictorioz dubitet̃ ⁊ reliquũ: l3 nunq̃ sit instãtia nisi qñ dubietas ẽ reciproca: vt i ꝑposito.

Rñsio

De spẽbus ypotheticę ꝑpõnis

Quarto circa hãc mãm ypotheticaz ꝑbat̃ q sunt plẽs spẽs q̃ tres: ꝯditionalis: ꝯiũctiua: ⁊ ꝑmissiua: sunt ypothetice. Silr rõnalis ⁊ causalis aduersatiua quã donat⁹ expletiuã vocat: g⁹ ad min⁹ sunt octo spẽs ypotheticarũ. ❡ Rñdet̃ q oẽs iste sũt ypothetice. ⁊ Pet. hys. cõplectit̃ eas sub ꝯditionali. Vñ ꝯditionalis duobus modis capitur.

Conditionalis dupliciter capitur

Vno mõ extẽso terio ꝑ oi ypothetica ꝯñiali: ⁊ ad eã reducit̃ ꝯditionalis votiua ⁊ ꝑmissiua ꝑpter ꝯuenientiã de ly si: q̃ q̃ ꝯiũctio in eis capiat̃ equoce. Expletiua vt ante dciũ ẽ in ꝯditionalib⁹ aliq̃liter ꝯdicit cõditionali affirmatiue: hoc ẽ ꝯditionalis: q2 expletia cõposita ex añte ꝯdictorio ꝯñtis affirmatiue ei repugnat: ⁊ sic ꝯditionalis hz multos gradus. ❡ Alio⁹ cõditionalis capit̃ ꝑp̃ie ꝑut diffinit̃ in lr̃a a Petro hyspano. ⁊ sic nõ cõplectit̃ istas spẽs datas: ⁊ sic ꝯceditur q sũt plres spẽs ypothetice q̃ iste tres noiate. Et q2 satis erant in vsu alie species eas nõ diffiniuit ⁊ sic capitur conditionalis qñ cõuer ꝯ f nulla ꝯditionalis aliquid ponit p̃mo mõ capiẽdo aliqua conditionalis aliquid ponit. patet de causali ⁊ rationali.

Opposit quinto

Quinto ar. ad idẽ. iste sũt ypothetice. sor. ẽ talis q̃lis ẽ plato. sor. ẽ tant⁹ quãt⁹ ẽ plato pl̃ me⁹ nõ fuit qñ adã fuit. ⁊ tñ sub nulla istarũ triũ specierũ ꝯtinent̃: ergo species male ponunt̃.

Rñdet a Joã. dorp. ⁊ a Georgio

Circa hoc argm̃ notãdũ ẽ q dorp ⁊ georgi⁹ dicũt istas ypotheticas ⁊ realr sunt copulatiue. sortes ẽ talis q̃lis ẽ plato. sortes ẽ q̃lis ⁊ talis ẽ plato: hoc est. sortes hz aliquã q̃litatẽ ⁊ silem habet plato. ⁊ eodẽ modo de tpalib⁹ ⁊ logicalib⁹ dicẽdũ ẽ. sortes est vbi plato ẽ. sor. ẽ in aliq̃ loco ⁊ in illo ẽ plato. ⁊ sic ƒm eos oẽs sunt copulatiue. ⁊ ita dicunt okam ⁊ buridan⁹. Et sic ad vitatem tpalis non opz aspicere ad ptes vt iacẽt in forma: sed ad mẽtalẽ copulatiuã in quã resoluunt̃: vt hec ẽ vera. abraham nõ fuit qñ adã fuit. ⁊ tñ p̃or ps in forma ẽ falsa: scilicet abrahã nõ fuit. s3 q2 resoluit̃ i hãc copulatiuã. adaz fuit i aliq̃ tpe: ⁊ in eodẽ adeq̃to nõ fuit abrahã. hui⁹ copulatiue in quã resoluit̃ illa tpalis vtraq3 pars est vera: ⁊ propterea tota tpalis. ⁊ eodez mõ de locali.

Paul⁹ venet⁹

Paulus venet⁹ t3 istas cathegoricas in quib⁹ ponũtur note nõ ꝯiũctionales: qđ arbitror esse veri⁹. q2 capta ista ꝑpõne. abraham nõ fuit qñ adam fuit. Arguit̃ sic. vel hoc aduerbiũ tpale qñ: mẽtaliter includit cõiunctionẽ vel nõ. Si scđm: illa nõ est copulatiua. Si p̃mũ: tũc qñ nõ est aduerbiũ: imo ẽ taltũ partiũ orationis sicut sue mẽtales: ⁊ sic esset ꝯiũctio nominẽ substãtiui ⁊ nomẽ relatiui. Forte dicis q grammatic⁹ nõ respicit ad cõcept⁹ in terminis ipositiue: sed

Instat

solum

solū ad vocē: vt patet in hoc verbo curro . dico in terris ipositis: qz si hec litera a imponeret ad significandū tātū sicut vna copulatiua cōposita ex quatuor vel quinqz cathegoricis: τ quereret ab vno grāmatico cui⁹ partis orationis est a: nō responderet nisi fm habitudinē cōceptuū. Hoc nō tollit argumentū: qz tunc quādo vbicūqz ponit siue solitarie siue cū aliis terminis tm̄ valebit. Preterea in ista. sortes ē tant⁹ quāt⁹ est plato. vel piunctio icludit in tāt⁹ vl in quāt⁹. τ nō est maior rō q includit in vno q̄ in alio: τ non includit in vtroqz ergo in neutro. Hic aduersarius diceret q forma arguēdi ē debilis τ cōcluderet fōm huius nō esse distributum. nō ois hō currit. τ diceret q in hoc aggregato includit cōiunctio. Preterea.

Rūdet

Oppōit secūdo

Secūdo arguit ad idē. Pater me⁹ nō fuit quādo adam fuit. nō bene resoluitur in hāc. Adam fuit in aliquo tpe τ in eodē pater meus nō fuit post q̄ negatio pcedit quādo: τ tempore erit pars extremi in eadē cathegorica: ergo dz resolui in hāc falsaz . pater meus nō fuit in aliquo tpe τ in illo adam fuit. τ tamē alia tpalis cōceditur: ergo nō bene resoluit in copulatiuā . ppterea satius videtur esse dicendū q locales τ tpales ppositiones de talis τ q̄lis tant⁹ τ quātus nō sunt ypothetice eo q in eis nō est nota coniūctionalis sed cathegorice sunt. Ista est vera. Pater me⁹ nō fuit quādo adam fuit. qz est vna cathegorica negatiua cui⁹ extrema nō supponunt pro eodē: ergo est va. pater me⁹ est subiectū ens quādo Adā fuit pdicatū qd supponit solū pro ente qd erat in tpe ade. mō notū ē q ista extrema nō supponūt pro eodē τ sic ista ē vera. sortes nō est vbi psbyter ioānes est: qz predicatū est hoc totū ens sūit presbyter ioannes qd solum supponit pro ente in india: τ sortes pro nullo tali supponit: ergo illa est va. Eodē modo de hac dicat. granū sinapis nō est tantum quantū est celū. pdicatū est hoc totū: ens tantuz quantū est celū. τ subiectū pro nullo tali supponit. τ sic in istis. nulla ē difficultas cōpertis extremis τ copula pncipali: vt quādo Adā fuit Abrahā fuit. in q̄ fuit in pmo loco est copula min⁹ pncipalis: qz capit cum implicatione verboz sed opz resoluere in hāc. Abrahā fuit quādo adam fuit: qz ibi aptius exordiēda est cōstructio. τ tūc abraham est subiectū pdicatū est ens quando adā fuit. Ex isto pz q ppositio nō dicitur tpalis eo q est ypothetica cōposita ex cathegoricis. sed qz ponit aduerbiū temporis cū cathegoricis. τ si loco aduerbij poneret cōiunctio aggregatū esset ypothetica: τ p hoc differt a tēporato extremo. vt ista. Nullum aial dū dormit vigilat nō vocatur tēporalis qz secluso hoc aduerbio dū nō remanēt due cathegorice: τ sic est de tēporato extremo cui⁹ subiectum est animal. pdicatū dormiens dū est vigilās. p quo tēporati extremū supponit videbit in celarent. in hoc syllogismo cōmuni. nullū animal dū dormit vigilat: τ omnis homo ē animal dū dormit τ reliq̄.

Recollectio

Recolligendo dicit q sunt ples species ypotheticarū q̄ tres: hoc est si proprie capiant cōditionales nō propter locales τ temporales nec pp̄ter terminos de pdicamēto qualitatis vel quātitatis nec forte etiā propter relatiuum qui: sed pp̄ter dicta in argumēto precedenti. Sed bene verū est q iste temporales τ locales pure affirmatiue equiualēt in cōsequēdo copulatiuis vt Abrahā fuit quādo Adā fuit: equiualet isti. Abrahā fuit in aliquo tēpore: τ in eodē Adaz fuit. Sortes est talis q̄lis est plato. sortes ē aliqualis τ talis est plato . Et cōtradictorie illaz disiunctiuis equiualent. Sed hec Abrahā nō fuit quādo adā fuit nō equiualet isti copulatiue. Abrahā non fuit in aliquo tempore τ in illo adā fuit: sed bene in pseqāndo equalet copulatiue in quā alie resoluunt hoc est preponēdo affirmatiuam. Ueritas aduersatiue cognoscit per cōditionalem cōpositam pro antecedēte ex propositione sequenti illum terminū lz vel q̄ q̄ vel aliquod eiusmodi: τ ex cōtradictorio cōsequentis propositionis sequētis tm̄ vel lz tu es homo: tn̄ tu nō es regēs. conditionalis per quaz cognoscitur est hec. si tu es homo tu es regens. que conditionalis si fuerit vera expletiua est falsa. De relatione specierū ypotheticarum inter se supra satis dictum est.

Ueritas aduersatiue qūo cognoscit

¶ Et hec de ypotheticis.

¶ Sequitur de modalibus

De modalibus ppōnibus

Modus ē adiacens rei determinatio: τ hz fieri p adiectiuū. Sz duplex est adiectiuū . Quoddā ē adiectiuuz nois: vt alb⁹ niger τ sīlia . Aliud ē adiectiuū vbi vt aduerbia. fm eni pscianum aduerbiū est vi vbi adiectiuū . Et iō duplex ē modus. vn⁹ noialis q fit p adiectiuuz nois. Ali⁹ aduerbialis q fit p aduerbiū. vt hō currit velociter. Itē aduerbioz q̄dā determināt vbū grā cōpositiōis: vt ista sex. necessario. cōtingēter. possibilr. ipossibilr. vō τ falso. Alia determināt vbū grā rei vbi . vt fortiter agit. velociter currit . Alia determināt vbum grā tpis. vt hodie cras. τ alia aduerbia tēporalia. Alia aduerbia determināt vbuz rōne modi. vt aduerbia optādi: hortādi: τ fm hoc sumit multiplr modus p aduerbia. Sz omissis oibus aliis: solū nūc de illis dicēdū est q̄ cōpositionē determināt: vt sūt hi sex. nec̄io. ptingēter. τc̄. Cū eni dicit hō nec̄io sedet: designat q cōpositio sessionis cū hoie sit nec̄ia . Sed cū dr̄ hō currit bn̄ vel velociter: signatur q cursus hoie sit bon⁹ vel velox. τ in ista deteriat res vbi: in pma vō cōpositio. Uñ solū illi modi q cōpōnē determināt faciūt ppōnē modalē. ideo de talib⁹ solūmodo hic intēdim⁹. Et sumunt qn̄qz pdicti modi noialiter. vt possibile impossibile ptingēs necessariū verum τ

falsuz. Quãqz aduerbialiter. vt possibiliter impossibiliter necessario ꝯtingẽter vero ꝛ falso.

Consequẽter hic Petrus hyspan⁹ determinat de modalibus que ꝙꝗ sint cathegorice sed propter aliqualẽ difficultatem: quam hñt. ꝛ qꝛ sunt de copula mixta post ypotheticas de eis determinat. ¶ Pro quo

Nõbile p^m qdo propó a mó denoiẽ **Notãdũ** est ꝙ ꝑpó denoiaẽ modalis a mõ q hic nõ capiẽ ꝑ modestia nec ꝑ mensura. vt ibi. Oibus adde modũ modus est pulcherrima virt⁹. nec pro carmine. vt ibi. Flebilis heu mestos cogoꝛ inire modos. nec capiẽ hic pro accidente verbi ẽm ꝙ donatus diuidit in indicatiuũ ꝛc̃. nec capitur pro dispositione in debita qualitate ꝛ quãtitate sed capitur pro determinatione vt postea patebit.

2^m notabile Mod⁹ triplicit capiẽ **Secundo** notandũ est ꝙ modus triplr̃ accipit in ꝑposito. ¶ Uno modo pro oi determiatione ꝛ sic aduerbiũ dẽ esse modus: ꝛ sic sub aduerbio prepositio ꝛ alie ptes ideclinabiles icludunẽ. nomen adiectiuũ etiã dẽ esse modus ꝑ qd̓ pticipiũ ꝛ ꝓnomẽ itelligunẽ. ꝛ hoc est qd̓ dẽ in lra. duplex est adiectiuũ noĩs ꝛ v̓bi. ꝛ ista acceptio non sufficit denoiare ꝑpónem modalẽ. ¶ Scd̓o mó capiẽ modus pro terio v̓ificabili de tota ꝑpóne in q̃tũ ꝑpositio ẽ vt vr̄e: pticulare: scitũ: opinatũ: affirmatiuum: negatiuuz. dẽ in q̃tũ ꝑpó est. qꝛ lz isti termini vox: q̃litas albũ ꝛ nigrũ verificẽtur de tota ꝑpóne. hoc tñ nõ est in q̃tũ est ꝑpó. Aliq̃ ꝑpositio dẽ esse nigra nõ qꝛ ꝑpositionalr̃ sigñt: sed qꝛ hz nigredinẽ sufficientẽ denoiare totũ. Ex isto pz ꝙ soli teri scd̓e intẽtiõis sunt modi scd̓o mõ. ¶ Tertio mõ capiẽ modus pro terio v̓ificabili de tota ꝑpóne. ꝛ cũ hoc hñs siliẽ terim ponibilẽ a pte copule. Siliẽ dico id est silr̃ se hñs in reb⁹ sicut modus in ꝑpónib⁹ vt poẽe necesse vt v̓bi cã. possibile est modus 3us: qꝛ in ei⁹ diffinitione a pte copule poniẽ terius sic cõueniẽs reb⁹ ad extra sicut modus ꝑpónib⁹ hoc pz. ꝑpositio dẽ esse possibilis eo ꝙ q̃liter cũqz per eã sigñtur esse poẽe est foꝛe. ecce in diffõne hui⁹ termini poẽe scd̓e intentionalr̃ a pte copule poniẽ poẽe sic ꝯueniẽs rebus sicut ille modus scd̓e intẽtionalr̃ sumpt⁹ ꝑpónibus. Ex istis sequitur ꝙ solũ isti teri poẽe ipoẽe ꝯtingẽs ꝛ necesse sunt modi de qb⁹ est ad ꝑpositũ. Et ad modũ tertio mõ duo reqrunẽ. Primuz est ꝙ eoꝝ siles pñt p̃ri de tota ꝑpóne in q̃tũ ꝑpó. Dẽ notãter siles ꝛ non sinonimi qꝛ isti modi scd̓e intẽtionalr̃ ꝛ p^e supti sunt sinonimi. ¶ Scd̓m ẽ ꝙ non pñt ampliari nisi restringatur. Et modus p̄mo mõ non sufficit denominare ꝑpónem modalẽ: tunc ex cõi vsu ꝛ scd̓o ꝛ tertio modis pñt. sed p̄cise quo ad equipollẽtias ꝛ oppositiones determiam⁹ de modo in tertia acceptione.

3^m nõbile **Tertio** notandũ est ꝙ modoꝝ qdã determinãt sb̓m vel p̃ri: vel sunt sb̓m vl̓ p̃tũ. Alij determinant verbum ꝛ tenenẽ ex pte copule.

Modi v̓bũ determinã **Item** modoꝝ determinãtiũ verbũ qdam determinãt v̓bum rõne tpis. s. qꝛ est illi⁹ vel illius tpis vt hodie heri. Aliqui determinãt v̓bũ rõne modi: qꝛ est illius vel illi⁹ modi vt ly vtinã determinat verbuz optatiui modi. ꝛ quidam modi determinãt verbũ ratione actus v̓bi vt velociter. vt cũ dico. soꝛtes currit velociter denotaẽ ꝙ act⁹ currẽdi est velox. Alij determinãt v̓bũ nõ rõne modi vel tpis vel pticipij in eo inclusi: sed sub rõne illa que est copula ꝑpónis vt sunt isti termini possibile impoẽe ꝛc̃. Et isti termini capiunt triplr̃. Uno mõ scd̓e ĩtẽtionalr̃. ꝛ tũc sũt differẽtie ꝑpositionũ ꝛ reddũt modales cõpositas ꝛ nõ ampliãt. ꝛ tũc possibile tãtũ valet sicut ꝑpositio possibilis: ꝛ ipossibile sicut ꝑpositio ipossibilis. ꝛ sic de alijs modis dicẽduz est. Alio mõ capiunẽ p̄me intẽtionalr̃: ꝛ hoc duplr̃. Uno mõ cathegoꝛeumatice: ꝛ tũc sunt dñe entiũ ꝛ entiũ quedã sũt necẽia vt deus p̃ deus fili⁹: qdã ꝯtingẽtia vt creature tot quot sunt vel esse pñt ꝛ isti termini sunt dispati ꝛ lz possibile ẽ supius ad has duas acceptiões ꝛ sic ly cõtingẽs capereẽ sic gñaliter: tamẽ nulla sunt ipossibilia p̄me intẽtionalr̃ nec esse pñt. ꝛ necesse p̄me intẽtionaliter siue necessariũ sigñt rẽ que nõ põt nõ esse ꝛ pro illa tñ supponit ꝛ possibile sigñt rẽ que põt esse ꝛ ampliat ad ea q̃ sũt ꝛ pñt esse qñ ponunẽ a pte predicati q̃re hec est cõcedẽda. anxp̄s est polis. Tamẽ ista nõ est modalis: qꝛ modus nõ capiẽ scd̓e intẽtionaliter nec determinat copulã nec p̄ncipalioꝛẽ ptem ei⁹. Et dicunẽ tales termini capi cathegoꝛeumatice: qꝛ aliqd vel aliq̃ sigñt ꝛ nõ determinãt ptes copulatiuã. Alio mõ capiunẽ sincathegoꝛeumatice: ꝛ sic determinãt ptes copulaꝝ ꝛ maxime sic capiunẽ in ꝑposito. Ex istis acceptionib⁹ sequunẽ duo coꝛrelaria. p^m coꝛrelariũ Quoꝝ p̄mũ est. soꝛtes necio est ꝑduct⁹: ꝛ soꝛtes possibiliter nõ est ꝑductus: p̄ma ps patet capiẽdo necessario cathegoꝛeumatice: qꝛ soꝛtes est ꝑduct⁹ a deo: ergo a necessario. 2^m coꝛrelariũ ¶ Scd̓m coꝛrelariũ cõtingẽs est ꝙ de⁹ nõ est ꝛ necessariũ est: qꝛ de⁹ nõ est naturaliter loquẽdo. p̄ma pars patet: qꝛ soꝛtes est illud de⁹ nõ est: igiẽ. Secũda pars patet. qꝛ celũ est ꝛ illud de⁹ nõ ẽ: ergo totũ coꝛrelariũ veꝝ cũ arguaẽ ab equiualẽte ad equiualens. Isto notato exponitur diffinitio modi.

Diffiniẽ modus **Modus** est adiacẽs rei determiatio. i. determiatio adiectualis apta nata specificare seu determinare determiabile. Et ly rei in diffinitione nõ capiẽ trãscendẽter ꝛ p̄me intẽtionalr̃: sz scd̓e intẽtionalr̃ vt tantũ vz sicut determinabile. Et isti diffõni põt ꝯuenire modus in tota sua cõitate. Et sequiẽ in tertia isti termini possibile ꝛ ipoẽe capiunẽ triplicit̓. Uno mõ noialiter ꝛ illo mõ poẽe ꝛ ipossibile sunt noia. Alio mõ aduerbialr̃ vt poẽe possibiliter: ipossibile ipossibilr̃. ¶ Alio mõ itelligiẽ sic ꝙ illi modi capiunẽ vno mõ noialiter ꝛ faciũt modalẽ cõpositã ꝛ sũt subiectũ vel p̄dicatũ vt noster modus reqrit. Alio mõ capiunẽ aduerbialiter vt faciũt modalẽ diuisaz ꝛ determinat ipsaz copulã vel ipz v̓bũ: qꝛ de ratione aduerbij est determinare suum v̓buz. Poẽe ꝛ impoẽe triplicit̓ capiunẽ

4^m nõbile Ppó duplex **Quarto** notandũ ẽ ꝙ duplex ẽ ꝑpó. qdã de simplici ĩherẽtia copule ꝛ est de inesse. Alia ẽ modalis. Tñ de inesse capiẽ dupliciter. Uno⁹ vt distinguiẽ ꝯ ꝑpónes de fuisse ꝛ foꝛe ꝛ modales

dales ⁊ sic capitur de inesse qñ q̄ritur in illis de p̄terito ⁊ futuro vt darem⁹ eas de inesse. Alio mō capit̄ vt non distinguitur cōtra illas de p̄terito ⁊ futuro sed p̄cise ꝯ modales ⁊ sic albuȝ fuit nigrū est de inesse. ⁊ isto mō capitur in diuisione p̄cedēti ⁊ nō p̄mo mō.

Diffinit̄ ꝑpō modalis

Propositio modalis est propositio cuius copula determinat̄ mō vel p̄ncipalior pars copule vel in q̄ modus subijcit̄ vl̄ p̄dicat̄. Scd̄aȝ partē addo ꝑ ꝑ vocatas modales.

Duplex est ꝑpō modal̄

Triplex opio de ꝑpōne modali

Item duplex est ꝑpō modalis. q̄daȝ diuisa: ⁊ q̄dā cōposita. Diuisa est ꝑpō cui⁹ p̄ncipalior pars copule determiat̄ mō ȝ° mō capiēdo modū in sensu cōposito triplex est opio. Aliq̄b⁹ dicentibus cū isti termini totalr̄ p̄cedūt: tūc est ꝑpō de sensu cōposito. Sȝ qñ mediāt vel sequūtur: tūc faciunt sensuȝ diuisuȝ. Ex hoc arguit ꝙ terius sequēs nō hȝ vim supra p̄cedētem vt pȝ de negatione ⁊ silīb⁹: g° nō vr̄ ꝙ modus in fine posit⁹ denoiet totā cōpositā. Alij dicunt ꝙ qñ modus ponit̄ in p̄n° est cōposita. si vo modus ponat̄ in fine tūc hec ē distinguēda: q2 indifferēter pōt capi in sensu cōposito ⁊ diuiso. sȝ q2 difficultas est ad nomē ꝑpterea dicat̄ cū cōiter loquētibus ꝙ qñ modus p̄cedit vel sequit̄ tūc est sensus cōpositus: ⁊ hoc est verum nisi etiā modus ponat̄ a p̄te copule: vl̄ si sic nō esset modalis cōposita sed diuisa: vt deū esse possibile est esse nec̄iuȝ cui⁹ ꝑ̄suasio est. q2 copula respicit vtrūq3 extremū vl̄ s̄bm vel p̄dm. tñ vnū scȝ forma est p̄ncipalior ps q̄ materia. Et tunc ad argumētū p̄me opinionis quo dicit̄ terius posit⁹ in fine nō hȝ vim ante se. distinguo. vl̄ q̄ ad suppōnē ⁊ sic ꝯcedo. vel q̄ ad aliam denoiatonē. ⁊ sic nego.

Diuisio ꝑpōnis modal̄

Propositio modalis diuisa est qñ modus ponit̄ a p̄te copule vl̄ a p̄te p̄ncipalioris ꝑtis copule ex q̄ v̄tus ei⁹ nō trāscēdit copulā est ps copule. Scd̄aȝ p̄tem addo: q2 ex q̄ modus ē ps copule nō denoiat copulā cuȝ copula ⁊ copula totalis ꝯuertunt̄: ⁊ sic intelligā in toto ꝓcessu cū breuitatis cā hanc p̄ticulā omisero. An ꝑpō modalis sit vere modalis vl̄ nō: de illo triplex ex opio.

Triplex opinio

P̄ria antiq̄rū

Nā antiq̄ tenuerūt cōpositas tñ esse modales: q2 solū ille habebāt modos determiantes totā ꝑpositionē: sed per eos reqrit̄ ꝙ modus determinet cōplexā significationē. ⁊ hoc pȝ p̄ Petrū hyspanuȝ in textu.

2° opio

¶ Scd̄a opinio est ꝙ tā modalis cōposita q̄ diuisa dicit̄ modalis: q2 aliq̄ est rō reperibilis ⁊ vniuoce cōueniēs modali cōposite ⁊ diuise: igit̄. añs pȝ: q2 ista rō modificaret aliq̄ mō. ⁊ lȝ vtraq3 harū opinionuȝ pōt defendi: q2 tñ neutra est cōis eas relinq̄.

3° opio

¶ Tercia opio. ꝑpō modalis dr̄ analogice de propositione modali cōposita ⁊ diuisa. Et ꝑpō dr̄ modalis: q2 copula eius determiat̄ mō: tñ ꝑpter quandaȝ silitudinem modalis cōposita dr̄ modalis: ⁊ sic resoluit̄ ꝑ̄suasio scd̄e opionis: tñ oīs ꝑpō modalis est modalis cōposita: q2 talia sunt s̄bta q̄lia p̄mittunt̄ ab eoꝝ p̄tis in equiuocis a cōcilio: hoc est qñ s̄bm est analogum ⁊ p̄dm vnū membrū diuidēs p̄dicatū restringit s̄bm ad stādū p̄ illo p̄ quo pōt sibi cōpetere: ⁊ lȝ ꝑpō modalis ⁊ modalis diuisa cōuertant̄: oīs tñ ꝑpositio modalis est cōposita: ⁊ nulla modalis diuisa est composita.

Nobilis gnitas

Notāduȝ est quinto ꝙ ꝑpositio dicit̄ modalis diuisa: quia modus diuidit p̄tes dicti ⁊ inter eas mediat. Et dicit̄ modalis cōposita: q2 partes ei⁹ cōponunt̄ a p̄te eiusdem extremi: ⁊ ad idē extremū se applicāt: vt v̄bi gratia: sortē currere est possibile. vbi hoc dictū sortē currere est subiectū. Ex isto patet facile qd est ꝑpositio de inesse. Et multiplex est differētia inter modales cōpositas ⁊ diuisas.

D̄ria inter modales cōpositas ⁊ diuisas

¶ Primo. In modalib⁹ compositis modus capitur scd̄e intētionaliter: ⁊ est termin⁹ verificabilis de tota ꝑpositione inquātuȝ ꝑpositio ⁊ p̄dicatū non ampliat in diuisis sumit̄ sincathegoreumatice ⁊ p̄me intētionaliter ⁊ ampliat nisi aliūde ꝓueniat ipedimētū.

P̄ria d̄ria

2° d̄ria

¶ Scd̄a d̄ria. In modalib⁹ cōpositis aliq̄ termini a copula ⁊ mō tenent̄ m̄aliter: vt sortē currere est possibile. vbi sortē currere ponit̄ m̄aliter pro tali dicto ⁊ ꝑpositiōe cui⁹ est dictū: vt dicet̄ in tertia q̄one ⁊ hoc est verū nisi subijciat̄ termin⁹ scd̄e signationis siue p̄dicet̄. vt deū eē necesse est esse possibile. vbi deū esse capitur m̄aliter: nō obstāte ꝙ sit modalis diuisa: tamē si nō subijceret̄ vel p̄dicaret̄ termin⁹ scd̄e significationis alij termini starēt ꝑ̄sonalr̄: vt sortes possibiliter est currēs. ⁊ dico stare ꝑ̄sonaliter ⁊ nō supponere ꝑ̄sonaliter ꝑpter hāc ⁊ similes. chymera possibiliter est chymera.

3° d̄ria

¶ Tertia d̄ria est. sub terio sum pro cū signo distributiuo nō vȝ subsumptio i modali cōposita nisi capiat̄ totū extremū. In modalibus vo diuisa bñ valet: vt dicet̄ in p̄mo dubio tertie q̄onis.

4° d̄ria

¶ Quarta d̄ria. In modalibus diuisis modus qñq3 sumit̄ noialiter: ⁊ tūc subiectū ⁊ p̄dicatū sumūtur in accusatiuo casu. qñq3 vo aduerbialr̄: ⁊ tūc extrema ponunt̄ in recto. i modalib⁹ cōpositis modus sumit̄ noialiter.

Quid sit dcm̄ i modalibus

¶ Dictū in modalib⁹ cōpositis vocatur aggregatū ex recto ⁊ infinitiuo mō. In diuisis totū qd̄ remanet dēpto mō. Ex isto seqtur has eē diuisas: cōtingēter sortes currit necessario creās ē de⁹. q2 ex quo modi nō capiunt̄ noialiter nō sunt modales cōposite: tñ in ista scd̄a si ly necessario determinet ly creans nō est modalis: sed de inesse ipossibilis. cuius s̄bm ē hoc totū necessario creās. Tamē p̄ma de v̄tute sermonis est diuisa ⁊ nō facit sensum talē ex q̄ ly cōtingēter est aduerbiū qd̄ nō pōt determinare nomē nisi velim⁹ subintelligere participiuȝ: ita ꝙ dicat̄ ꝯtingēter existēs sortes currit: ⁊ tūc esset de inesse: tñ qñ modus faciēs sensuȝ cōpositū trāscēdit vnā ypotheticā: tūc illa est distinguēda. q2 modus pōt modificare totū qd̄ seqtur vel p̄mā cathegoricā tm̄: si totū hoc est duplr̄: vel capiēdo totū p̄dm cathegoreumatice vel sincathegoreumatice vt tantū vȝ sicut q̄libet pars: ⁊ s̄m hoc ista est distinguēda. ꝯtingēs ē papā dormire vel nullū papā dormire. Si ly ꝯtingens modificet totū cathegoreumatice falsa est. sensus talis est. hec est ꝯtingēs. papa dormit vel nullus papa dormit. qd̄ est falsum: imo est necessariū. Si modificet quālibet partē vel p̄mā tm̄ v̄a est. ⁊ sic de ista. impossibile est hoiem esse asinū ⁊ deū esse. Si impossibile modificet totū cathegoreumatice ipsa est v̄a. Si

totius cathegorematice ꝛ partim sincathegorematice falsa est. Si vo modificet primam partem tūc vera est. ꝛ hec de primo articulo.

Due cō clusiōes

Sequunt̄ due ↄclusiones. Prima ē. diffō ꝛ acceptiones modi sunt bn̄ posite. pꝫ ꝑ ↄditiōes bone diffōnis q̄ ad ꝑmā ptē : ꝛ ꝑ vsum cōem ad scđam partem. ¶ Scđa conclusio. diuisio ppōnis i modalem ꝛ de inesse : ꝛ modalis in modalem compositā ꝛ diuisam sunt sufficienter posite. patet per conditiones bone diuisionis.

Oppōit o nplr

Queritur vtrum eadem propositio sit de inesse ꝛ modalis : ꝛ an propositio de inesse ꝛ modalis differant specie.

Rn̄det ad p^m

Ad ꝑmū rn̄det ꝑ duas ppōnes. Quarū pª est. nulla ppō simplicis q̄litatis est simul de inesse ꝛ modalis qđ sic pbat. vel copula vel ꝑncipalior ps copule ↄteriat mō vel non. Si ꝑmū : est modalis ꝛ nō de inesse. Si scđꝫ : est de inesse ꝛ nō modalis. ¶ Voco ppōnē simplicis q̄litatis ppōnē que nō hꝫ plures copulas ꝑ̄ales eq̄ ꝑncipales. Scđa ppō. ſ̄ nulla ppō est mixte q̄litatis : nulla ppō est de inesse ꝛ modalis simul. Bonitas hui⁹ ↄn̄e ↄditionalis pꝫ per propositionē precedentē : sed nō inconueniēt dare vnā propositionē de inesse ꝛ modalē copulatim.

Rn̄det ad scđꝫ

Ad 2^m dubiū dr̄ ꝙ ille due differūt specie. quod pbat. qꝛ iste due differūt in nūo. sor. ē ꝛ sor. est. ꝛ ista. sortes ↄtingenter est magis differt ab vna illarū q̄ ille due inter se : ergo differūt specie : cū inter differre numero ꝛ differre specie nō sit dare mediuꝫ in differētia : ꝛ sic quotiēscunqꝫ dant̄ due ppōnes in quarū vna ponit̄ vnus termin⁹ qui nō ponitur in altera ſm se vel ſm suū sinonimū ille differūt specie.

Dubita tur tri pliciter

Dubitat̄ 1° an iste sint modales. sortes pōt : vel sortes est possibilis : vl̄ sor. pōt currere. ¶ Ad ꝑmū rn̄det Paulus venet⁹ in summulis ꝙ nō est ppō : sꝫ ex q̊ tantū valet sicut sortes est potēs mētaliter est ppō : sed est de inesse in ppria eius sign̄tione.

Rn̄sio ad p^{m}

Rn̄° ad secūdaꝫ

¶ Ad 2^m dicit̄ ꝙ nō est modalis. p° nō est diuisa : qꝛ nō ponit̄ modus a pte copule : nec cōposita : qꝛ nō capit̄ modus scđe intētionalr̄. Tn̄ si ly a tātū valeret sicut sortes currit. tūc ista pōt distingui. A est possibilis vl̄ ꝑ̄tum est scđe sign̄tionis : ꝛ tūc ē modalis saltē cōposita. sꝫ si capiat̄ ꝑme intētionalr̄ : tūc dr̄ ꝙ nō est modalis.

Rn̄° ad tertiam

¶ Ad 3^m dr̄ ꝙ de eius ppria significatione nō est modalis : qꝛ mētaliter tantū valet sortes est potēs currere. que nō est modalis. ꝛ ille est sensus quē facit ppō. vel si capiat̄ loco isti⁹. sor. possibiliter currit. tūc dicit̄ ꝙ est modalis : ꝛ ille sensus est sibi impropri⁹ vocabo tn̄ eam modalē in futurū eo ꝙ loquēdū est vt plēs : ꝛ hec de scđo articulo.

Oppōit

Circa initiū modaliū q̄rit̄ vtruꝫ diffō modi ꝛ diuisiones eius cōiter date sint bn̄ posite. Et arguit̄ p° ꝙ nō. nulliū equocū dꝫ diffiniri : sed modus ē equocū : g° nō dꝫ diffiniri. ↄn̄a tꝫ in ferio. ꝛ minor patuit in p° notabili. ꝛ maior pbat̄ : qꝛ nulli⁹ equoci est vna rō : ergo nec diffō.

Confir matur

Et ↄfirmat̄ qꝛ soli⁹ ſbe est diffō. tenet cōsequētia equaualēter in baroco : dūmodo exclusiua cōuertatur in vniuersalem eius.

Oppōit secūdo

Secūdo af. nullum cathegorema sign̄tiōe est determinatio puri sincathegorematis sign̄tione : sed ly posse est sincathegorema : ergo nō potest determinare a ly possibile : ꝛ eodē mō de aliis modis arguēdū est.

Confir matur

Et ↄfirmat qꝛ sequit̄ ꝙ albedo sit modus : sed ↄn̄s est falsum : igitur. ↄsequētia pꝫ : qꝛ est adiacens rei determinatio : scꝫ parieti.

Oppōit tertio

Tertio af. ꝯ illud in 2° notabili q̄ dr̄ ꝙ ↄtingēs p^{c} intētionalr̄ ꝛ necessariū sunt dispata. Et af. sic. hec vocal de⁹ ē : ē res ↄtigēs : ꝛ tn̄ est necc̄ia ꝑme intētionalr̄ : ergo ↄn̄a est nota cū maiore. ꝛ minor pbatur ē ppositio necessaria : ergo est res necessaria tenet ↄn̄a ab inferiori ad superius.

Oppōit quarto

Quarto af. ꝯ diuisionē ppōis i ppōnē de inesse ꝛ modalē mēbra diuidētia non euacuāt totū ābitū diuisi : g° diuisio nulla. an̄s pꝫ de hac. Adā fuit ꝛ antixp̄s possibilr̄ est : qꝛ q̄ rōne esset de inesse rōne ꝑme cathegorice eadē rōne eēt modalis rōne scđe ptis.

Confir matur

Et confirmat. ista nec est modalis nec de inesse. adā est possibilis. ꝛ tn̄ est ppō cathegorica : igit̄. ꝙ non sit de inesse pꝫ : qꝛ ibi ponit̄ modus. nec modalis : qꝛ si sic maxime esset cōposita. sed hoc est falsum. qꝛ tūc modus capit̄ scđe intentionaliter.

Oppōit quinto

Quinto af. ꝯ diuisionē q̄ modalis diuidit̄ in cōpositā ꝛ diuisā. Et af. sic. deū esse possibile est necessariū. est modalis. ꝛ tn̄ nec diuisa nec cōposita : igit̄. ꝙ nō sit diuisa pꝫ. qꝛ modus nō deteriat copulā nec ptē copule.

Confir matur

Et cōfirmat̄. qꝛ ista. sortē currere posse nō est. nec est diuisa nec cōposita : igit̄. nō cōposita. qꝛ modus ponit̄ a pte copule. nec diuisa : patet. qꝛ modus capit̄ scđe intentionaliter.

Oppōit sexto

Sexto af. ꝯ eādē diuisionē. nulla ppō modalis cōposita ē modalis : g° illa diuisio nulla. tꝫ ↄn̄a. qꝛ diuisū dꝫ ꝑ̄ri de mēbris diuidētib⁹ ꝛ an̄s pꝫ. qꝛ modal cōposita. vt hec. sorteꝫ currē est posse. ē de simplici inherētia copule.

Confir matur

Et ↄfirmat. nulla modalis est diuisa. g° diuisio mala. an̄s pꝫ : qꝛ ois modal ē cōposita. g° nulla ē diuisa. tꝫ ↄn̄a a ꝯ̄rie oppositi. vl̄ magis ppc loquēdo a dispari. In oppo^m ē Paul. venet. in textu ꝛ cōiter logici. In ista q̄ōne sicut i ceteris sequētib⁹ erūt tres articuli. In p° ponentur q̄tuor notabilia declaratiua q̄siti. Scđo ponent̄ q̄ōnes ꝛ dubia. In 3° ponent̄ solones argumētoꝝ i oppositum. Deinde rn̄detur ad rōnes in oppositum.

Rn̄° ad ꝑmū argumētū superi⁹ factum

Ad p^m distinguit̄ ꝙ nullū equociū diffinit̄ vl̄ equoce sūptū : ꝛ sic ↄcedit̄. vl̄ vniuoce sūptuꝫ : ꝛ sic negat̄. deide ↄcessa miore distinguit̄ ↄclo more alioꝝ vl̄ i eisdē sētib⁹. ꝛ sic arg^m currit. ¶ Et ad ↄfirmationē q̄ dr̄ soli⁹ ſbe ē diffō distinguit̄. vl̄ q̄dditatiua ꝛ essentialis. ꝛ sic ↄcedit̄. vl̄ descriptiua siue q̄d nois : ꝛ sic negat̄. ꝛ maior ↄcessa i illo sensu non pbat nisi ꝙ modi nō est diffō q̄dditatiua : ꝛ sic concedit̄.

Rn̄° ad secūdū

Ad 2^m rn̄det̄ ↄcedendo maiorē : ꝛ distinguit̄ minor. ꝙ posse est cathegorema qn̄ capit̄ scđe intentionaliter vel ꝑme vt est dīa entis. ꝛ sic ↄcedit̄ vel vt deteriat copulaꝫ in rōne copule : ꝛ hoc negat̄. ¶ Ad ↄfirmationem nego sequelam : ꝙ albedo est modus. ꝛ quādo dicis est adiacēs rei determinatio.

distinguo

distinguo. vel si adiacens capitur secunde intentio/naliter: et sic nego. vel prime: et sic concedo.

Rñsio ad 3m — Ad 3m negatur q ista sit necia pme intẽtionalr. deus est. et ad pbationez ↄcedo q est ppõ necessaria: et nego ppterea q sit res necia: et q̄ q̄ ly propositio sit inferi9 ad ly res: tñ hoc totũ ppõ necia nõ est inferi9 ad ly res necia. qr aliter ly necia appellat in vna q̄ in alia. qr sicut nõ ois bon9 sutor est bon9 hõ: ita nõ ois ppõ necia ẽ res necia: si nõ ponat ppõ increata. nã si velis ponẽ ppõnez increatã: habes eã ponere cõpositã et diuisaz: et eadẽ ppõ esset de inesse modalis composita: et diuisa: et simplicis q̄litatis.

Rñsio ad 4m — Ad 4m negat añs. et ad pbationẽ de illa ypotheti/ca dr q illa ẽ de inesse: imo nulla ypothetica est modalis: lz ptes eius possint esse modales. ¶ Et ad ↄfirmationẽ dr q vtraq̄ illaꝝ ẽ d' iesse. vt dictũ ẽ.

Rñsio ad 5m — Ad 5m dr q illa est diuisa vt dictũ est. ¶ Et ad cõ/firmationẽ de ista. sortẽ currere possibile nõ est. dr q si posse capiat sc̃de intẽtionalr est modalis cõposita. et nego q determinet copulã: q̄ q̄ in men/te adiūgatur copule eo q ẽ cathegoreuma signione et copula sincathegoreuma signione. vl si capiat p9 intẽtionalr. et tũc dico q opz cape ly ens in obliquo. alr non ẽet ppria: et sortẽ currẽ capit signũe cũ p̄ui sit p9 signionis. s. ly ens. et sortẽ currere tantũ vz si/cut sortẽ currẽtẽ. et idẽ est dicẽ sortẽ currẽtẽ posse nõ ẽ. et sortẽ currentẽ posse ẽ nõ esse exñs. Tñ si capiat in sensu cõposito ex q̄ posse capit 2e intẽtionaliter: et supponit determinate: ipsa est vera. et dãdo sibi equi/pollentes opz cauere vt termini eodez modo stent.

Rñ9 ad sextum — Ad 6m concedit añs illi9 empthimematis eo q p̄ui est analogũ p se a pte p̄ui positũ stãs pro suo famosiori sig̃to. et nego ppterea q diuisio sit ma/la: eo q in diuisione analogi diuisio nõ dz verificari de mẽbro min9 pncipali: queadmoduz arbor picta nõ est arbor: vt pz de arbore porphirij. ¶ Et ad ↄfir/mationẽ negat añs. et ↄcedit ↄñs pbationis: negatis tñ ↄña cũ ↄñte. Et ad pbationẽ p regulaz dr q opz tenere cetera paria queadmodũ nõ est illic respect9 termini restricti in vna et nõ in alia. sz opz sic arguẽ. Ois modalis ẽ cõposita: g9 nulla cõposita ẽ diuisa.

¶ Sequit de diffõne ppõnis modalis.

Propositio modalis ẽ illa q̄ deter/minat aliquo istoꝝ sex modoꝝ: posse. ipose. ↄtinges necessarium. veꝝ. et falsũ. vt sortẽ currẽ ẽ posse. et sic de alijs. Et i istis modalib9 v̄bũ dz subijci: modus aũt p̄dicari. Oẽs aũt alie ppões q̄ nõ determinant p illos sex mo/dos dñr de inesse. i. de simplici inherẽtia p̄di/cati ad sbm. Et p hoc pz diuisio ppõnis q̄ so/let fieri. Propõnũ alia modalis alia de iesse. Ille aũt ppões que modificant his modis vero et falso: ad p̄ns relinquunt: qr in illis eo/dẽ modo sumunt oppõ et eqpollẽtia sicut in illis de inesse. In illis aũt de his q̄ttuor mo/dis possibile ipossibile ↄtingẽs et necessariũ alio mõ sumunt oppositio et eqpollentie vel ↄñe. vt postea patebit. Sciẽdũ ẽ aũt q glibet istoꝝ q̄ttuor modoꝝ q̄ttuor facit ppões mo/dales: ideo cũ modi sunt q̄ttuor q̄ter q̄ttuor erũt ppões: et sic erũt sexdecim. vbi gratia. iste modus pose si sumat sine negatione facit vnã ppõnẽ modalẽ. vt sortẽ currere est pose. Si aũt sumat cũ negatione posita ad v̄bũ fa/cit secundã vt sortẽ nõ currere est possibile. Si v̄o cũ negatiõe posita ad modũ facit ter/tiã. vt sortẽ currere nõ est pose. Sed cũ nega/tione posita ad v̄bũ et ad moduz facit aliã. vt sortẽ nõ currẽ nõ ẽ pose. et h mõ bzv nũq̄ẽ qz alioꝝ modoꝝ sumũt q̄ttuor ppões modales.

¶ Notãdũ est p̄mo q lz sint plures alij modi faciẽ/tes modales: vt isti teri veꝝ: falsum: singulare: pticu/lare: et breuiter oẽs termini adiectiuales de tota ppõ/ne inquãtuz ppositio v̄ificabiles. Et accipio hic mo/dales pro modalib9 determiatis istis q̄ttuor modis possibile: ipossibile etc. qr cõis vsus ita loquitur. Et lz cõe sit distinguere modales penes sensuz cõposi/tum et diuisuz: tñ hoc nõ est de rigore: qr q̄cũq̄ mo/dali data vel ipsa est diuisa tm vel cõposita tm: et hoc est satis facile cognitu per ea que dicta sunt. et per cõ/sequẽs nõ est opus distinctione: et põt diffõ modalis exponi de modali cõposita: vt pz per totũ ↄcessum. etiã p̄ patet per illud: in modalib9 v̄bũ debet subijci. modus aũt p̄dicari. tamen qcquid senserit Petrus hyspa. de hoc põt trahi ad bonũ sensũ in diuisiu mo/dalibus. ¶ Et põt exponi sic diffinitio. Proposi/tio modalis etc. Est illa cui9 pncipalior pars copule determinat aliquo istoꝝ modoruz: scilicet possibile: ipossibile etc. et tũc in modalib9 verbũ debet subijci: hoc est v̄bũ vel principalior pars copule dz esse de/terminabile: modus aũt p̄dicari: hoc est modus dz esse determinatio. Sed si exponat de compositis dz sic exponi. Propositio modalis etc. est illa in qua subijcit vel p̄dicatur vnus istoꝝ modorum: possibi/le: impossibile: et sic de alijs. et verbuz debet subijci: hoc est dictu debet esse subiectum: et illa est propo/sitio sinecdotica. vbi pars supponit pro toto: scilicet verbum pro toto dicto: modus v̄o debet esse predi/catum: vt sortem currere est possibile.

Nõbile p̄mum

Declaratio diffõnis modaliũ.

Notandum est 2o q in modalib9 cõposi/tis nõ semp modus p̄dicat: imo interdũ subijcit: vt pz in hac. possibile est sortẽ currere. q̄ est ↄuertens respectu hui9 cõuerse. sortez currere est possibile. vel saltẽ addẽdo hoc signũ ly. et q sit ↄuersio patet per ↄuersionẽ simplicẽ. ¶ Ad hoc rñdent aliq negando ibi esse cõuersionem: et di/cũt illam nõ posse cõuerti fm se totã: sed fm partes dicti: tamẽ ↄuersio est satis bona. Aliter dicit Geor/gius q illud debet intelligi in predicatione directa.

Nõbile secũdũ

Georgius

Oppōit primo. **Contra** illud tñ sic arguit sic dicēdo. sortez cenare est posse ibi videt esse ptio di recta: eo q cenare est magis ↄnotatiuum q̄ ly posse.

Oppōit scdo. ¶ Tū scdo: qr dicēdo posse est sortē currere: nō videtur ibi aliqd esse qd debeat magis ptū facere stare mā liter q̄ sbm: qr q̄ q̄ regula cōis sit q talia sunt sbta q̄lia pmittit ab eoz ptis: quare hic sortez currere est possibile: subiectū stat mā liter rōne predicati secunde intētionis: nulla tamen regula habet q talia sunt predicata qualia permittuntur ab eorum subiectis.

Instantia Opposit **Sed** contra hoc arguitur de inesse istius modalis divise est possibilis: ergo et hec modalis divisa: et per consequens male negata est. Assumptum probatur: quia hec est sua de inesse. sortes est omnis homo que vtique possibilis est.

Responsio **Respondetur** negando quod illa sit eius de inesse imo postquam predicatum distribuitur oportet capere infinitas de inesse. puta tot singulares ex parte predicati pro quot homo distribuitur dicendo sic. sortes est plato. sortes est cicero. et sic de aliis. De istis omne quod est quando est necessario est. sortes potest videre omne astrum et ponendo propositiones modales inesse non spectat ad hunc locum: sed ad appellationes.

¶ Sequitur de oppositionibus modalium.

i **Item** propositionum modalium alie contrarie alie subcontrarie alie contradictorie: et alie subalterne. Unde omnes propositiones que sunt in quarta linea de purpurea. scilicet iste. sortem non currere non est possibile. sortem non currere non est contingens: sortem non currere est impossibile. sortem currere est necesse. contrariantur omnibus his que sunt in tertia linea de Iliace. scilicet istis. sortem currere non est possibile: sortem currere non est contingens. sortem currere est impossibile: sortem non currere est necesse. Et omnes propositiones que sunt in prima linea de Amabimus subcontrariantur his que sunt in secunda linea de Edentuli. Et istud eodem modo potest practicari. Item primus ordo et tertius contradicunt. similiter secundus et quartus. Item primus ordo subalternatur quarto. et similiter secundus tertio. Unde versus. Tertius est quarto semper contrarius ordo. Sit tibi linea subcontraria prima secunde. Tertius est primo semper contradictorius ordo. Pugnat cum quarto contradicendo secundus. Prima subest quarte vice particularis habens se. Hanc habet ad seriem se lege secunda sequentem. vel sic. Ordo subalternus est primus siue secundus. ¶ Nota linearum sunt: Amabimus. Edentuli. Iliace. Purpurea.


¶ Et sic est finis textus huius primi tractatus summularum.

De oppositionibus modalium h **Hic consequenter** determinat de oppositionibus modalium que in modalibus compositis tenent sicut in illis de inesse et in modalibus divisis debent seruari eedem conditiones sicut in illis de inesse. et vltra hoc tenendo oppositionem modorum necesse et impossibile contrariantur. possibile et possibile non subcontrariantur. necesse et possibile. impossibile et possibile non subalternantur. necesse et possibile non. impossibile et possibile contradicunt. Sed ad contradicendum non oportet quod vna sit mere vniuersalis vt ista: omnis homo possibiliter currit habet contradictoriam et de lege et de modo enunciandi hanc homo impossibiliter currit. Ex isto patet has esse concedendas. omnis homo possibiliter est homo: omnis homo possibiliter non est homo: omnis homo homo possibiliter est que infert hanc a homo omnis homo impossibiliter est. iste due patent per falsitates earum contradictoriarum. scilicet omnis homo possibiliter est b homo que contradicit quarte. et homo omnis homo possibiliter est que contradicit tertie. nec de virtute sermonis nego quod quelibet istarum contradicat tertie et quarte. Et pro omnibus oppositionibus ponuntur propositiones. Quarum prima est. quod due singulares de modis contrariis contrariantur secundum leges. et de modis subcontrariis subcontrariantur et de modis subalternis subalternantur vt verbi causa. ponantur iste quattuor in figura. sortes necessario currit. sortes impossibiliter currit. sortes possibiliter currit. sortes possibiliter non currit. ibi est contrarietas secundum legem subcontrarietas

Propositiones de oppositionibus modalium

contrarietas: ⁊ oppositio subalterna: ⁊ contradictio quo ad legē ⁊ modum enūciandi. hoc facile ostendi potest: sed in terminis communibꝰ difficilior est processus. Capiant̄ octo propositiones: quattuor ex vno latere: ⁊ quattuor ex altero que duas paruas figuras ⁊ vnam totalem constituentes totā materiā declarāt: ⁊ ex vna parte dicamus sic. omnis homo necessario currit. maneat illa in capite dyametraliter sub ea ponantur iste tres propositiones. omnis homo possibiliter currit. quidam homo necessario currit. quidam homo possibiliter currit. e regione ponātur iste quattuor. omnis homo impossibiliter currit. omnis homo possibiliter non currit. homo impossibiliter currit hō possibiliter non currit quattuor propositiones supreme due ex vna parte: ⁊ due ex altera vnā paruam figuram constituunt: ⁊ quatuor inferiores aliā: tunc dicitur ꝙ propositiones supreme. s. omnis homo necessario currit: ⁊ omnis homo impossibiliter currit sunt contrarie simpliciter. omnis homo possibiliter currit. ⁊ omnis homo possibiliter non currit. nullam legem seruant: ꝓbatur. eis non repugnat veritas: ergo non participant legem contrariarum. ꝙ eis non repugnet veritas ꝓbatur. iste propositiones sunt simul vere ⁊ de forma non repugnat eis falsitas: ergo non participant legem subcontrariarum. antecedens patet. iste sunt simul false. omne ens possibiliter est deus omne ens possibiliter non est deus: ⁊ ex isto distribuitur lex contradictoriarum. Et neutra de forma est illatiua alterius. ergo nō participāt legem subalternarum. ⁊ ex consequenti nullam legem seruant quod est probandum: s3 propositiones in angulis contradictorijs contrariantur quo ad legem scilicet omnis homo necessario currit: ⁊ omnis homo possibiliter nō currit. voco illos angulos cōtradictorios: qꝛ sic solent situari contradictoria. ꝙ iste participant legem contrariarum. probatur. eis nō repugnat falsitas vt ostendunt iste. omne ens necessario est ens: ⁊ omne ens possibiliter non est ens. ꝙ repugnet eis veritas de forma arguitur. da oppositum. due tales sunt vere infero duo contradictoria vera: qꝛ ista. omnis homo necessario currit. īfert hāc homo necessario currit. que cōtradicit huic. omnis homo possibiliter non currit. ⁊ sic dabis duo cōtradictoria vera. Eodem modo potes ostendere ꝙ oīs homo impossibiliter currit: ⁊ omnis homo possibiliter currit. contrariantur quo ad legem tm̄: ⁊ nō de modo enunciandi: quia possibile est modus particularis: sed semper propositio extrema infert inferiorem dyametraliter per legem subalternarū: ecce primam paruam figuram. In principio secunde parue figure situantur iste due. homo necessario currit: ⁊ homo impossibiliter currit. que sunt simul false. ⁊ sic destruitur lex subcontrariarum in eis: ⁊ iste in eadem forma sunt vere. ens necessario est deus. ens impossibiliter est deus: ⁊ sic iste nullam legem seruant saltem gratia forme acceptionis terminorū: sed iste simpliciter subcontrariantur. homo possibiliter currit: ⁊ homo possibiliter non currit. ⁊ iste subcontrariātur. homo necessario currit: ⁊ homo possibiliter non currit. quo ad legem dantur due tales vere. ens necessario est deus: ⁊ ens possibiliter non est deꝰ. sed de forma repugnat eis falsitas. probatur sic: quia da oppositum sunt simul false: tunc sic arguo. bene sequitur. omnis homo possibiliter nō currit: ergo homo possibiliter non currit. consequens est falsum per te: ergo ⁊ antecedens. ꝙ contradicit huic. homo necessario currit. ⁊ sic das contradictoria falsa. idē potes ostendere de his. homo impossibiliter currit: et homo possibiliter currit. sed iste subalternantur sm legem. homo necessario currit: ⁊ homo possibiliter currit. ⁊ eodem modo in latere opposito: ecce secūdam paruam figurā. iam oportet capere. omnis homo necessario currit. quod ponitur in capite vnius lateris ⁊ comparare ipsum in ordine ad omnes propositiones lateris oppositi: ⁊ postea capere secundā: scilicet omnis homo possibiliter currit: ⁊ comparare ad omnes propositiones lateris oppositi. ⁊ sic de alijs duabus. Et dicamus sic. omnis homo necessario currit. contrariatur huic simpliciter: omnis homo impossibiliter currit. ⁊ contrariatur sm legem huic. omnis homo possibiliter non currit. sicut dictum est in prima parua figura: ⁊ contrariatur huic sm legem. homo impossibiliter currit. probat̄. iste propositiones sunt false: quod repugnet eis veritas probatur. da oppositum. sunt vere. ⁊ homo impossibiliter currit. infert hāc. homo possibiliter nō currit. antecedens est verū per aduersarium. vel de forma: ergo consequens est verum. ꝙ contradicit huic. omnis homo necessario currit. ⁊ sic das cōtradictoria vera. ⁊ per consequens participant legem contrariarum. sed omnis homo necessario currit. contradicit huic simpliciter. homo possibiliter nō currit. ⁊ sic propter prolixitatē relinquo alia exempla practicanda quia facile cognoscuntur ex dictis. Sed in latere dextro quo ad oppositionem subalternam prima infert vltimam subalterne simpliciter ⁊ infert tertiam subalternam sm legem: sed ipsa ante est comparata ad secundam in prima figura. Tertia infert quartam subalterne sm legem: sed secūda ad tertiā nullam legem seruat: quia formaliter non infert eam nec econuerso. Et eodem modo in latere sinistro dicatur absolute quo ad oppositionem subalternam ⁊ comparatiue capiendo quanlibet propositionem illius coordinationis. omnis hō impossibiliter currit. ad huius coordinationem. omnis homo necessario currit.

¶ Sequitur figura horum declaratiua.



ois hõ ne cessario currit.
Ois hõ ipossibili ter currit
Contrarie simpliciter.
Ois homo possibilr currit.
ois hõ pos sibiliter nõ currit.
Hõ neces sario cur/ rit.
Hõ impos sibiliter currit.
Hõ possi bilster currit
Hõ possi/ bilr non currit.
Subcontrarie simpliciter.
Subalterne
Simplr.
simpliciter.
sbal. sm le.
Disparate
disparate
Disparate
sparate
Subcontrarie sm legem.
Subcontrarie sm
sm legem
sm le.

Oppōit p̄dictio **Arguitur** nūc ꝯ aliq̄ in oppōnib⁹ ꝓbādo duo ꝯdictoria vā. iste ꝯdicunt quālibet ptē hui⁹ pōderis possibiliter portat sortes i potētia ꝓpinqua: ꝛ aliquā partē hui⁹ pōderis impos sibiliter portat sortes in po⁹ ꝓpinq̄: ꝛ sunt simul ve: igit. ꝯña tenet cū maiore. ꝓbat minor: ꝛ assigno mi nimū pōdus qḋ sortes nō pōt portare in po⁹ ꝓpinq̄: puta vnū pōdus eq̄lis resistētie cū po⁹ portatiua sor tis. iam illud nō pōt portare: q2 a ꝓpōne eq̄litatis nō fit actio. Tūc ꝓbo affirmatiuā hanc partē sortes pōt portare demōstrādo vnā q̄rtā hui⁹ pōderis: ꝛ nulla est pars hui⁹ pōderis qn illā potētia portatiua sortis excedat ꝛ ab oīni ꝓportione maioris ineq̄litatis fit actio: g⁰ ps affirmatiua vā: negatiuā ꝓbo. istud pon dus sortes nō pōt portare in po⁹ ꝓpinqua demōstrā do totū pōdus: ergo hāc ptē non pōt portare in po⁹ ꝓpinqua demōstrādo p hāc ptē3 totū pōdus preter

Confirmatur millesimā ptē grani sinapis. ¶ Et ꝯfirmat affirma tiua ē impolis: g⁰ negatiua erat vā. ꝓbat añs sua de iesse ē ipolis. s. quālibet ptē hui⁹ pōderis sortes por tat: q: hoc posito inesse q̄ro an sortes portat totū pō dus vel nō. Si non: dabit ꝯ̄o impolis q quālibet partem huius pōderis portat ꝛ non hoc pondus.

Rñdet ad p̄ᵐ **Respōdet** ꝯcedēdo q ꝯdicāt: ꝛ ꝯcedit q affirmatiua est vā: ꝛ nego nega tiuā. Et ad p̄ᵐ argᵐ ꝯcedit q p illā paruā ablationē factā in arg⁰ q sortes pōt illud pondus portare: sed hoc est p valde paruū spaciu3: ꝛ p paruū t̄ps f̄m q

Rñdet ad 2ᵐ paruū ē ablatū. ¶ Ad 2ᵐ argᵐ dicit q modalis di uisa vlis nō d3 poni in esse p vnā vlem: sed p multas singulares quaꝝ q̄libet est polis: nec reqrit earū cō

Regule oppōnū modalium possibilitas: ꝛ sic ē in ꝓposito. ¶ De istis oppōnib⁹ solēt poni due regule. Quaꝝ p̄ᵃ ē. si vnū ꝯdictorio rū sit necessariū: aliud ē impolē ꝛ ecōuerso et extra modales. ¶ Scđa regula. si vnū ꝯdictorioꝝ sit con

p̄ᵃ rla tingēs: reliquū esse ꝯtingēs necesse est. Prior regu

2ᵃ rla la ꝓbat. sit a ꝓpositio necīa tūc vel b ei ꝯdicēs est im polis vel nō. si p̄ᵐ: habeo intētū. si 2ᵐ: tūc erit ꝯtin gens vel necessariū: ergo pōt eē veꝝ: saltē pōt esse si cut ipm sig̃t: ꝛ a est veꝝ q2 necessariū: ergo dabis ita esse sicut sig̃tur p ꝯdictoria qḋ est f̄m. Scđa regula ꝓbat. signet c ꝓpō cōtingēs: tūc vel d ei ꝯdicēs ē cō tingēs vel nō. si p̄ᵐ: intētū. si 2ᵐ: vel ipm ē impolē vel necessariū. Si impolē nunq̄ pōt eē sicut d sig̃t: ꝛ c est cōtingēs: ergo pōt sig̃re aliter esse q̄ est: ꝛ sic dabis aliter esse q̄ per ꝯdictoria sig̃tur. hoc ē nō est ita sicut vnū cōtradictorioꝝ significat. Si d sit neces sarium illatum est inconueniens in priori regula.

Oppōit **Cōtra** porē regulā arguit sic. iste ꝯdicūt. hoc est ipolē demōstrādo se. ꝛ hoc nō ē im polē demfando affirmatiuā. ꝛ affirmatiua ē ipolis ꝛ negatiua nō est necīa imo falsa sig̃t affirmatiuā nō

Rñdet esse ipossibilē qḋ est f̄m. ¶ Rñdet ꝯcedēdo q affir matiua est ipossibilis et postea ostēdet saltē3 per re flectionē: ꝛ negatiua ē falsa: ꝛ sic dent due ꝯdictorie quarū vna est impolis ꝛ altera falsa. sed illa ipolis ē vera: q2 ita est sicut ipsa sig̃t ꝛ nō se falsificat. Et ide3 hic cōtingit hoc possibile est ipolē f̄m hāc sig̃onē3 illa affirmatiua est impolis q̄ q necesse est esse sicut ipsa significat. Et ex hoc infero ꝓpōnes. Quarū pri

p̄ᵃ ꝓpō ma est. nō quodlibet impolē ifert quodlibet. ꝓbat. nō sequit. hoc est impolē ergo hō est asin⁹. q2 ita est sicut sig̃tur per añs: ꝛ nō ita est sicut sig̃tur per ꝯñs. ¶ Secūda ꝓpositio. ex hac sequēs est q nō quelibet

2ᵃ ꝓpō ꝯsequētia cuius cōtradictoriū cōsequentis repugnat antecedēti est bona. ꝓbatur. nō sequit. hoc est ipos sibile: ergo homo est asin⁹ per p̄missam: ꝛ tamē nul lus homo est asin⁹. ꝛ hoc est impolē copulatiuā im possibilē cōstituunt. Et nihil aliud est oppositū con sequētis repugnare antecedēti: igit. ¶ Tertia ꝓpō.

3ᵃ ꝓpō ꝓpositio mētalis vltimata cōtingēs impossibilē in fert in bona cōsequētia. ꝓbat data hac ꝯsequentia in mente. sortes currit: ergo hoc politer est impolē f̄m hanc significationē. qḋ bñ sequatur patet. necesse est ita esse sicut ꝯñs sig̃t: ergo ꝯsequentia bona. q cōse quens sit impolē patet per impolitate3 sue de inesse. Et si dicas hoc destruit oēm logicā ꝛ regulas conse quētiarū: dicit q regule cōes intelligunt de impossi bili sine reflectione quēadmodum non ꝓcedit hic.

Secūdo arguit ad idē. Iste ꝯdicūt. hoc nō est necessariū. ꝛ hoc est necīu3. de

Oppōit secūdo mōstrādo cōtinue negatiuā: ꝛ tñ vna se3 affirmatiua est impossibilis ꝛ negatiua nō est necīa: ergo regula nulla. ꝯña tenet cū maiore. q negatiua nō sit necessa ria ꝓbatur. nam da oppoᵐ: ipsa est necīa: ergo ita est sicut ipsa significat sed ipsa sig̃t q ipsa nō est necessa ria: ergo ipsa nō est necessaria. Et affirmatiua sig̃t il lam esse necessariā ꝛ nō potest ita fore saltē in menta li vltimata vel addendo f̄m hanc significationem.

Respondetur cōcedēdo q iste cōtradi cant: ꝛ cōcedit q affir

Rñdet matiua est impolis ꝛ negatiua nō est necessaria: q2 in reflexiuis nō oportet q si vnū ꝯdictorioꝝ sit impos sibile q reliquū sit necessariū: sed sufficit q necesse ē ita esse sicut aliud sig̃t: ꝛ ita est in ꝓposito. S3 finali ter oportet habere recursum extra reflectionē: vt p3 de istis. hec nō significat sicut necesse est esse f3 hanc significationē: hec significat sicut necesse est esse f̄m hāc significationē. ¶ Ex isto infero ꝓpōnes q dabi

p̄ᵃ ꝓpō les sunt due ꝓpōes sinonime mere naturaliter signi ficātes quarū vna est necīa ꝛ alia non est necīa. p3 de istis duab⁹ negatiuis in mētali vltimata: hec nō ē ne cessaria. hec nō ē necīa: demfantib⁹ p̄mā negatiuā. ¶ Scđa ꝓpō. vna ꝓpō ꝯdicit duab⁹ q̄ru3 vna est ne

2ᵃ ꝓpō cessaria altera vō nō: patet de illa affirmatiua que cō tradicit illis duabus negatiuis. ¶ Tertia ꝓpō. ꝓpō

3ᵃ ꝓpō necessaria infert ꝓpositionē nō necessariā. ꝓbat. bñ sequitur. hoc nō est necessariū: ergo hoc nō est neces sarium. semp demōstrādo ꝯñs a sinonimo ad sino nimū ꝛ antecedēs est necessariū: cōsequēs vō non.

Oppōit **Contra** hoc arguit sic. consequens est ꝓpo sitio nō contingens: q2 si sic pōt ita eē sicut per cōsequens significatur nec impossibilis: q2 ita est sicut consequēs significat: nec asserit se impos sibilē: ergo cōsequens est ꝓpositio necessaria ꝛ tenet consequentia: q2 nisi sic sequit hec cōclusio: q est ali

que ppositio que nec est necessaria nec contingens nec impossibilis: vt patet de hac dua.

Rñdet. **Respondet** ꝯcedēdo ꝯclonē inductā i restrictiuis pōt fieri argm̄ in istis. hec poſſr est ꝯtingēs ꝯ regulā in qua ot: si vna ppō est ꝯtingēs sua ꝯdictoria est ꝯtingēs: sȝ hoc tangit in ꝯsequētijs in illa pña: hoc poſſr est ꝯtingēs ſȝ hāc ſigtionē: gº hoc poſſr est ꝯtingēs ſm hāc ſigtionem continue demonstrādo ꝯsequens ad probandū ꝙ ex necessario sequatur contingens. ¶ Et hec de modalibus dicta sufficiant.

¶ Sequitur de contingenti specialiter capto.

Nobile pmum De ꝯtingenti Contingēs duplr capit. **Notandū** est pº ꝙ iste terius ꝯtingēs capit duobꝰ mōis: scȝ scōe intētionalr: ⁊ tm̄ vȝ sic ppō ꝯtingēs: hoc est ppō q̄ nec est necīa nec ipoſſis. Alio mō capit pᶜ intētionalr vt tm̄ vȝ sic res ꝯtingēs. hoc est res q̄ pōt eē ⁊ nō eē: hoc mō q̄lȝ creatura poſſis est ꝯtingēs. ⁊ in istis acceptiōibꝰ capit cathegoreumatice. Alio mō deteriat copulā ⁊ est sincathegorcuma ⁊ pōt capi adūbialr ꝯtingēter: ⁊ hic capit spālr: vt tm̄ vȝ sicut neqȝ nec̄iuȝ neqȝ ipoſſe: hoc est sicut poſſe ⁊ poſſe nō. ⁊ isto mō nō ꝯūit cū poſſe nec facit oppōnes cū alijs modalibꝰ. iste nō equalēt. ens poſſr est deꝰ: ⁊ ens ꝯtingēter est deꝰ. nec iste ꝯdicūt. omne ens necessario est deus: ⁊ aliquod ens contingenter non est deus. cum sint ambe false.

Nobile scōm **Notādūȝ** est 2º ꝙ discrimē est iter artistas: an ppōnes de ꝯtingēti spālr capto sint cathegorice vel ypothetice: sȝ sanior positio est tenēdo eas cathegoricas ꝗꝗ facilius est rñdē ad multa argꝰ q̄ fiūt de ꝯtingēti tenēdo eas ypotheticas vt freq̄nter ꝯtingit in exponibilibꝰ: ⁊ in miltis ppōnibꝰ q̄s ambigit nemo eē cathegoricas: faciliꝰ est rñdē de equalēntibꝰ ꝗ de ppōnibꝰ ipsis in foꝛa. ¶ Tūc aꝛ sic. capta ista soꝛs ē currēs. capio ꝯtigēs seorsū vl ꝯtigēter: ⁊ q̄ro an sit sincathegoreūa tm̄ cathegoreūa vl mixtū. Si ē mixtū ex poſſe ⁊ poſſe nō nlla erit mētal vlnmata in qua ponit ꝯtingens: ergo opȝ dicē ꝙ est vnū purū sincathegoreuma. sȝ bene verū est ꝙ equalet in ꝯsequēdo cum possibile ⁊ possibile non.

Nobile tertium **Notādū** est 3º ꝙ qñ ꝯtingēs affirmat ppō i qua ponit exponēda est copulatiue nō curādo de q̄litate ppōnis p poſſe ⁊ poſſe non: vt soꝛtes ꝯtingēter currit: soꝛtes poſſr currit: ⁊ soꝛs poſſr nō currit. soꝛtes ꝯtingēter nō currit. soꝛs poſſr nō currit. ⁊ soꝛtes poſſr currit. ꝯdictorie illaꝝ debēt exponi p ꝯdictorias exponētes vt soꝛtes nō ꝯtingēter currit. sic exponit. soꝛs ipoſſr currit. vl soꝛtes necessario currit. ⁊ in ꝯdictorijs seruet ꝙ si ꝯtingens in vna affirmet in altera neget ⁊ ecōuerso. vel iste in quibꝰ ꝯtingēs negat pñt exponi p copulatiuas negatiuas ꝯdicētes copulatiuis affirmatiuis: ⁊ ad ꝯriandū saltē affirmet ꝯtingens in vna in vtraqȝ pōt affirmari: sȝ nō in vtraqȝ pōt negari cuiꝰ cā est: qꝛ qñ negat exponit disiunctiue vel copulatiue. negatiue qō idē est equalēter mō vel est pticularitas qȝ in duabꝰ ꝯrijs est veruni. Sȝ in subcōtrarijs in vtraqȝ ꝯtingēs pōt negari imo dȝ in altera: q̄re iste nō subcōtrariāt ens ꝯtingenter est deus ⁊ ens ꝯtīgēter nō est deus cū sint ambe false. Sȝ subcōtraria pme est ens non ꝯtingēter est deꝰ: ⁊ subꝯria scōe est ens nō ꝯtingēter nō est deꝰ. ¶ Georgiꝰ bruxellēsis dicit hoc nō regri in ꝯrijs ⁊ subꝯrijs qō dictū est: sȝ dicit istas eē ꝯrias. nullū ens ꝯtīgēter nō ē deꝰ. ⁊ nullū ens ꝯtigēter est deꝰ. ⁊ has subꝯrias. ens ꝯtingenter est deꝰ: ⁊ ens ꝯtingēter nō est deꝰ: ⁊ sic dȝ ꝯcedē (imo expsse cōcedit) ꝯrias das ⁊ subꝯrias falsas in ꝯtingēti spālr capto. Et pōt se tutare ꝗꝗ ꝯtingēs negati exponit p vel. tn̄ est modus pticularis de se ⁊ ipe negatꝰ vȝ modus vleȝ q̄re iste due bn̄ ꝯriant. nullū ens ꝯtingēter nō est deꝰ ⁊ nullū ens ꝯtingēter est deꝰ: ⁊ iste nō ꝯriātur nō tm̄ hō est aial ⁊ nō tm̄ hō nō est aial. sȝ remanet qō cui mō vlī equalet ꝯtingēs negati: hoc est dictu nō poſſe vȝ ipoſſe. q̄rit qué modū vȝ nō ꝯtingens ⁊ pñr poneret figurā in q̄ eēt oppō ꝯria: subꝯria: ꝯdictoria ⁊ nō sbalterna: hoc pȝ capiēdo istas ppōnes nullū ens ꝯtingēter nō est deꝰ: nullū ens ꝯtingenter est deꝰ: aliqō ens ꝯtingēter est deꝰ. aliqō ens ꝯtingēter nō est deꝰ. ibi sūt ꝯrie ⁊ subꝯrie de mō enūciādi ⁊ nō de lege: sȝ ꝯdictorie simplr. sȝ vlis affirmatiua nō isert pticularē affirmatiuā: ⁊ sic nō est oppō sbalterna. Sȝ malo dicē pñr ꝙ est ppō sbalterna de mō enūciādi ⁊ nō de lege: queadmodū magr Georgiꝰ dicit de ꝯrijs ⁊ subꝯrijs. Etiā sub eisdē vlibꝰ pōt capere has pticulares. aliqō ens nō ꝯtingēter nō ē deꝰ ⁊ aliqō ens nō ꝯtingēter est deꝰ. ⁊ ibi nō dabit ꝯdictio. sȝ istud mihi nō plȝ: qꝛ relinqt ꝯditiōes ꝯriaꝝ ⁊ subꝯriaꝝ q̄ si nō sufficiāt addat pñr ꝯditiōes. ⁊ ideo gratis ponit hanc triplicem oppositionem. — Georgius — Georgius

Nobile quartum **Notādū** est 4º. Si fuerit ppō de ꝯtingēti: ⁊ alioꝰ vl de copla de inee expōat ppō rōne hꝰ teri ꝯtingēs ceteris intactis: vt deꝰ ꝯtingēter est vel necio ē sic exponit. deꝰ poſſr ē vl necio est ⁊ deus possibilr nō est vel necessario est sic ꝙ vbus negationis nō cadat in scōam copulā ⁊ ita in alijs dicat. ¶ Ex istis infero ppōnes. Quaꝝ pma est. nulla ppō de ꝯtingēti extremis nō restrictis est ꝯtingēs extra restrictiuas intelligo: hoc pȝ quelibet talis vl est necessaria vel ipossibilis queadmoduȝ sunt ppōnes de possibile ⁊ possibile nō. ista est vera soꝛtes contingēter currit siue currat siue nō ⁊ sua ꝯdictoria falsa. ⁊ ista ipossibilis. soꝛtes ꝯtingēter est possibilis. quēadmodū ⁊ ista soꝛtes ꝯtingēter pōt currere. qꝛ scōa exponēs est falsa. soꝛtes possibilr nō est potens currere. De talibꝰ. soꝛtes ꝯtingēter est possibilr currēs dꝛ ꝙ sunt de possibili ⁊ de ꝯtingēti copulatum: ⁊ sic hēbunt ꝯdictorias mixtim opposito modo. De talibꝰ: tm̄ hō ꝯtingenter currit: ois hō preter soꝛtē ꝯtingenter currit apte expositio inchoanda est a pimo termino: vt tm̄ homo cōtingenter currit: homo contingenter currit: ⁊ nullus non homo contingenter currit que sunt false. ¶ Secūda propositio. Quelibet affirmatiua de contingēti equiualet vni negatiue de contingenti dūmodo contingens in vtraqȝ affirmatur ceteris paribus a parte ante: vt bene sequitur soꝛ. — pª ppō — 2ª ppō.

tur sortes ɔtingēter currit. ergo sortes ɔtingēter nō currit ꝛ ecouerso: ꝛ vocaƚ ɔuersio in oppositā q̄lita/tē. ꝓbatio qꝛ ille due formalr̄ equiualēt vni tertie pu ta copulatiue q̄ eas expōūt. ergo equalēt iter se. ɔña est animi ɔceptio. hic dr̄ a pte āte. qꝛ iste nō equiua lent. aial ɔtingēter est hō: ꝛ oīe aial ɔtingenter non est hō. cum pᵃ sit vera ꝛ 2ᵃ falsa. ꝛ ex ista 2ᵃ ppōne se

3ᵃ ppō quuntur alie. ¶ Et sit 3ᵃ in ordine. propositio ne gatiua de ɔtingēti negato equalet affirmatiue de eo dem ɔtingēti negato. Iste formalr̄ equalēt. nullum ens contingēter est deus ꝛ nullum ens contingenter nō est deᵘ. hᵒ ꝓbaƚ: qꝛ earꝫ ɔdictorie gfa forme equi ualēt. ergo ꝛ iste. Et ex hoc seqniƚ ꝙ nō bn̄ sonat di

4ᵃ ppō cere eas ɔrias. ¶ Quarta ppō. ɔtingit in cathegori cis formalr̄ arguē a nō distributo ad distributuꝫ: gfa forme sequiƚ sortes ɔtingēter est aial: ergo sortes cō

5ᵃ ppō tingēter non est animal. ¶ Quinta ppō. Dabilis est aliqua ppō affirmatiua vera cuiᵒ nullū extremū sup ponit. ꝓbaƚ. hec est va. nulla chymera ɔtingēter nō est chymera. vt patet per falsitatem sue ɔdictorie.

6ᵃ ppō ¶ 6ᵃ ppō. dabilis ē aliq̄ negatiua falsa cuiᵒ neutruꝫ extremū supponit. pꝫ de hac. chymera ɔtingēter nō ē chymera q̄ isert hāc falsam. chymera ɔtingēter est

7ᵃ ppō chymera. ¶ 7ᵃ ppō. soꝛ. ɔtingēter est nō asinᵒ ꝓbaƚ sic p exponētes eiᵒ soꝛ. possibilr̄ est nō asinᵒ. ꝛ sortes politer n̄ ē n̄ asinᵒ. 2ᵃ exponēs ꝓbaƚ: qꝛ sua ɔdictoria ē falsa. soꝛ. nec̄io ē nō asinᵒ: qꝛ vlr̄ sequiƚ soꝛ. nec̄io

8ᵃ ppō est nō asinᵒ. ergo soꝛ. nec̄io ē. ¶ 8ᵃ ppō. hec ɔña est nulla. soꝛ. ɔtingēter ē nō asinᵒ. gᵒ soꝛ. ɔtingēter non est asinᵒ. ꝓbaƚ añs est veꝛ: vt pꝫ ex pmissa ꝛ ɔñs est fl̄m. qꝛ hanc isert: sortes ɔtingēter ē asinᵒ: sed ex illo añte inferēduꝫ ē hoc ɔñs negatum. soꝛ. possibilr̄ nō

9ᵃ ppō est asinus. ¶ 9ᵃ ppō. hec ɔña ē nulla. soꝛ. ɔtingen ter nō ē sortes ꝛ soꝛ. ɔtingēter est. gᵒ sortes ɔtingēter est nō soꝛ. qꝛ añs ē veꝛ ꝛ ɔñs falsuꝫ. ꝛ si vis cauillare de ɔñte accipe hāc ɔñaꝫ. hic angelus ɔtingēter nō ē angelus ꝛ hic angelus ɔtingēter ē. ergo hic angelus

10ᵃ ppō ɔtingēter ē nō angelus. ¶ Decima ppō. Deus ꝛ soꝛ tes contingenter sunt: hoc patet capiendo ꝛ comple xiue: qꝛ deus ꝛ sortes possibiliter sunt: deus ꝛ sortes possibiliter nō sunt. Secūda exponēs patet p falsita tem huiᵒ oia que sunt deus ꝛ sortes necessario sunt.

Oppōit **Cōtra** pdicta arguiƚ ꝙ ꝓbādo exponētes de cō tingēter male danƚ: qꝛ fm dicta ista esset falsa. ens ɔtingēter nō est ens. sꝫ ꝓbo ꝙ nō sua ɔdicto

Instaƚ ria ē falsa. oē ens nec̄io est ens. Forte dicis sicut dicē dum est ꝙ iste nō cōtradicunt: qꝛ contingens non fa cit oppositionē nec equiualentiā cum alijs modis.

Oppōit **Cōtra** hoc aƚ. Quia tūc iste nō ɔdicerēt foꝛalr̄ oē ens nec̄io ē ens ꝛ aliqd ens possibilr̄ nō est ens: qꝛ sūt eiusdē foꝛe cū alijs duabᵒ affirmati ua cū affirmatiua notū est: ꝛ negatiua cū negatiua vt pꝫ discurrendo p singulas ɔditiones foꝛalitatis pro

Rñdeƚ positionū. Rñr negādo ꝙ iste sunt eiusdē forme ens possibilr̄ nō est ens ꝛ ens ɔtingēter nō est ens. Tū pᵒ nō est eadē q̄litas equalenter. Tum 2ᵒ vna negatiua est pregnās. altera vo nō. Tum 3ᵒ. cōtingēter est sin cathegoreuma alterius nature q̄ possibiliter.

Secundo arguiƚ. Quia fm exponentes de Oppōit tas hec esset vera. ens ɔtingēter ē deus. sed ɔña est fl̄m: qꝛ nullū ens ɔtingēter est deᵒ. Probaƚ ɔña per exponētes eiᵒ. Ens possibiliter est deᵒ: ꝛ ens possibilr̄ nō est deus. que ambe sunt vere. ¶ Rñdeƚ cōiter ꝛ hoc sufficit ꝓ hoc argᵒ ꝙ in 2ᵃ ex Rñdeƚ ponēte opꝫ capē relatiuū idēptitatis sic exponendo. ens possibiliter est deus. ꝛ idē ens possibiliter nō est deus. modo secūda exponēs est falsa. Pōt etiaꝫ di ci ꝛ subtilius ꝙ debet exponi per ppōnem de copula to. sic ens possibiliter ꝛ possibiliter nō est deᵒ. ꝛ hoc requiritur ad eius veritatē ꝙ hoc copulatum possibi le ꝛ possibile nō de aliquo singulari ente affirmetur.

Contra hoc arguiƚ. Nullū ens ɔtingēter est Oppōit deus. est falsa: ergo male exponitur ista. ens cōtingēter est deᵒ. añs patet: qꝛ exponiƚ per hāc disiūctiuaꝫ. omne ens necessario est deᵒ: vel oē ens impossibilr̄ est deᵒ q̄ falsa est. ¶ Rñdeƚ negādo Rñdeƚ ꝙ exponaƚ per illā disiūctiuā: sed sic exponiƚ. oē ens impossibiliter est deᵒ. vel oīe idē ens qd̄ possibiliter est deus necessario est deᵒ. vt capiaƚ vera cōtradicto ria copulatiue. Et hic iterū pōt fieri bona replica ad ꝓbandum relatiuum in disiūctiua referre restricte: ꝛ sic hec esset neganda. deus est asinus: vel ipse est ens omnipotēs. quā videas in materia relatiuorum.

Tertio arguiƚ. qꝛ fm dicta hec eēt va. hō cō Oppōit tingēter nō ē hō. Silr̄ sortes ɔtingen tertio ter nō est aial. sꝫ ꝓbo ꝙ nō iste equalēt ppōnibᵒ falsis: ergo nō sunt ve. ꝓbaƚ añs. hō ɔtingēter nō est hō. eq ualet huic. hō oīs hō ɔtingēter nō est qꝛ sūt eiusdem q̄litatis ꝑta distribuunƚ sbta supponūt eodē modo. nec vꝫ dicere ꝙ ɔtingēter sequiƚ mediate signū vl̄e in vna ꝛ nō in alia: qꝛ adde a in alia vt similr̄ fiet. sꝫ ista iterū hō oīs homo ɔtingēter nō est. equiualet isti. hō oīs homo cōtingēter est. qꝛ est cōuersio in oppositaꝫ qualitatē cuius pma exponēs est. homo oīs hō pos sibiliter est. que est falsa. Eodem modo potest argu mentari de ista. sortes cōtingenter non est animal.

Rñdetur negādo ꝙ iste equalēāt. hō cōtin Rñdeƚ gēter nō ē hō: ꝛ hō oīs hō cōtingē ter nō est. cꝫ ꝙ sunt eiusdē q̄litatis ꝛ termini suppo nāt eodē mō formalr̄: qꝛ equalēter nō eodē mō acci piunƚ in ista. hō ɔtingēter nō est hō. in vna exponēte hꝫ pdicatū stās determinate ꝛ in alia distributiue. sꝫ alia hꝫ semp pdicatū distributuꝫ stando in mō cōi: ꝛ sic nō est eadē suppositio equalēter. Forte nō eo ɔtē Instaƚ tus ex hac solōne postq̄ iste ponuntur cathegorice: ꝛ teri in eis foꝛalr̄ eodē mō supponūt: imo hec solo ipedit equalētiā i istis. tm̄ aial ē hō: ꝛ oīs hō ē aial. qꝛ nō ē eadē suppō equalēter postq̄ i pᵃ exponēte istiᵒ. tm̄ aial ē hō extrēa stāt determiate. ¶ Rñr negando ꝙ Rñdeƚ illa exclusiua nō equaleat vl̄i: qꝛ nō ē deīn ꝙ sp oport teat i equalētibᵒ terios eodē mō stare foꝛalr ꝛ equalē ter sed in aliqbᵒ hoc ipedit nec facile ē dare regulam vl̄eꝫ: sꝫ pcedendū est fm exigentiā materie subiecte.

Quarto arguiƚ ꝓbādo ꝙ nō oīa sufficiāt que Oppōit dicta sunt. Ista est falsa fm Aristo. quarto a celū cōtingenter est celū. Idē argᵐ pōt esse de per Rñdeƚ

sonis diuinis sm veritatē: sed ppter facilitatem argu mēti supponam⁹ cū aristotele octo esse celos quorū qꝺlibet necessario est: ⁊ tūc ista oꝫ sic exponi. a celū politer est celū: ⁊ a celū possibiliter nō est celū. 2ᵃ exponēs est vā: vt pꝫ per falsitatē sue ꝯdictorie. omne celum necio est h celū. ⁊ ꝙ ista sit falsa. a celū contingenter est celū. pbat̄ sua ꝯdictoria est vā. nullum celum ꝯtingēter est celū. nec valet dicere ꝙ nō ꝯdicat affirmatiue. sed ista. nō a celū ꝯtingēter est celum. qꝛ iste a. hō est aial: ⁊ hō est aial habēt eandē ꝯdictoriā.

Instat Forte dicis opꝫ in exponētib⁹ capere terim infi^m sic exponēdo. a celū possibilr est celū: ⁊ a celū possibiliter est nō celū. mō hoc est falsum quēadmodū expo

Rñdet nimus hāc. a. homo differt ab hoīe dicentes a hō est nō homo in tertia exponēte hoc nō valet: qꝛ tūc hec esset impossibilis. a aīa cōtingēter est aīa. secunda exponens est a aīa possibilr est nō aīa que est impossibilis. Forte dicis oportet capere relatiuū idemptitatis in scda exponēte ac si subiectū staret determinate.

Oppōit **Contra** quēadmoduꝫ in ascēsu ⁊ descēsu sb terio distributo respectu termini stātis determinate opꝫ cape relatiuū idēptitatis: ⁊ nō respectu termini stātis ꝯfuse tm̄. sic opꝫ in ꝓposito. Et cā ē: qꝛ i ista. celū ꝯtingēter ē celū. denotat̄ ꝙ aliqꝺ determinatū celū politer ē celū: ⁊ ipꝫ politer nō ē celū: qꝺ nō significatur quādo subiectum stat confuse tm̄.

Rñdet **Hic** rñdetur ꝙ est difficultas in arg⁹ ⁊ pn̄t esse fractiones q̄s innuit argm̄. Una est ꝙ hec est vera. a celū vt ostēdit exponit cōce ⁊ sua ꝯdictoria tūc signabit nō a celū ꝯtingēter est celū. q̄ est falsa ⁊ disiunctiue exponet̄ ad alia: ⁊ nego ꝙ equaleat huic. nullū celū ꝯtingēter est celū: qꝛ in vna est distributio opposita supponi determiate: in altera est opposita supponi ꝯfuse tm̄: ita ꝙ opꝫ disiunctim descēdere sub subiecto ⁊ ascēdere. ⁊ pn̄ter negaret̄ ꝙ idē eēt in istis duab⁹. a homo est aial: ⁊ hō est aial: a celū cōtingenter est celū: ⁊ celū ꝯtingēter est celū. qꝛ in secūda equiualēter est terius stans ꝯfuse tm̄ in ordine ad pdicatū distributū. qꝛ iste equiualēt. a celū contingēter est celū: ⁊ a celū ꝯtingēter nō est celū ⁊ hāc fractionē nescirem de medio tollere. Alia fractio q̄ dicit ꝙ opꝫ cape terminū infinitū nihil vꝫ vt bn̄ ondit argm̄. Sed tertiū impedimētū negaret illā ⁊ diceret ꝙ oportet capere relatiuum idemptitatis ⁊ voluntarie cum aliquibus coloribus potest se defendere.

Respōdeo tn̄ aliter ad hoc argm̄ ⁊ sit fundamentuꝫ in tota hac mā ꝙ q̄libet ꝓpō de ꝯtingēti affirmato: cui⁹ pdicatū supponit pro re necia est ipolis. hoc pꝫ. quodlibet tale predicatū enūciat̄ de sbo per necesse: ergo nō per cōtingēter. Et tūc dico ꝙ ad exponēdas ꝓpōnes de ꝯtingenti opꝫ accipe singulares respectu terminoꝝ pcedētiū ꝯtingēter. ens ꝯtingēter ē de⁹. capiam⁹ disiunctiuā ex oibus singularib⁹ eius ⁊ exponat̄ q̄libet illarū singulariū. Silr̄ hic. a celū ꝯtingēter est celuꝫ. capiam⁹ singulares ex pte subiecti. pbat̄ hec solutio. ista est falsa. oīe ens ens ꝯtingēter est. ⁊ tn̄ exponentes per vlēs sunt vere. qꝺ pbo. oīe ens ens possibiliter est: ⁊ oīe ens ens possibiliter nō est. qꝛ nō oporet ponere pdicatū post possibile nō postꝙ pcessit cōtingēter. Sed falsitas illius pbat̄. Tum pmo: aliqꝺ ens nullū ens ꝯtingēter est: puta celuꝫ vel de⁹. ⁊ hec realiter alteri ꝯdicit: ergo altera est falsa. Nō arguo per exponētes hui⁹. aliqꝺ ens nullū ens cōtingēter est: qꝛ statim aduersari⁹ daret eas falsas per ꝯdictorias exponētes affirmatiue. Tū secūdo: sensus hui⁹ oīe ens ens cōtingēter est. est iste. de quocūqꝫ verū est dicere qꝺ est fuit vel erit vl̄ pōt eē ens ꝙ ens ꝯtingēter est: qꝺ est fls̄m. Tū tertio: argm̄ hoc est in darij. oīe ens ens cōtingēter ē: de⁹ est ens: ergo de⁹ ens cōtingēter est. ꝯclo est impolis: ⁊ minor vera: ergo sl̄tē maior falsa. ⁊ tūc dico ꝙ opꝫ sic exponē. hoc ens ens cōtingēter est. Itē dādo singulares ex pte termini singularis pcedētis cōtingēter: ⁊ sic q̄libet singularis in q̄ demōstrat̄ res necessaria est falsa: ⁊ istō est seruandū in multis exponibilib⁹: ꝙꝙ teri distributi sequant̄ signū exponibile. Ex isto pꝫ oēs has eē ipolēs. a psona diuina oīs psona diuina ꝯtingenter est. a psona diuina cōtingēter non est psona diuina. a celum contingenter est celum. sed hec est ꝯcedēda. deus qui contingenter est non contingenter est.

Contra hoc ar̄. Quelibet exponibilis pōt exponi i ꝓpria forma seclusis singularib⁹ eius. Itē eodē modo dicet̄ ꝙ a homo nō est aial est falsa ⁊ non habet ꝯtradictoriam nisi per singulares. Oppōit

Ad pmū nego ꝙ ista sit exponibilis in ꝓpria forma. Oīe ens ens ꝯtingēter est. vel ista. a celum cōtingenter est celū: sed opꝫ dare singulares ex pte subiecti ⁊ exponētes singulariū indicabūt veritatē exponibilis vlis vel idefinite: nec est simile de ꝯdictoria: qꝛ cuilibet affirmationi est vna negatio opposita ꝯdictorie ⁊ ecōuerso. Nec te moueat ꝙ ista. a celū cōtingēter est celū. non pōt hr̄e singulares postꝙ subiectū stat cōfuse tm̄: ⁊ accipis apparētiaꝫ ex parte huius. a hō nō ē animal. Hoc inꝙ nihil valet: qꝛ a homo nō est aial. habet singulares in forma: lꝫ nō inferant̄ ab illa indefinita. ⁊ qn̄ nō haberet singulares que eēnt singulares vlis hoc nō tollit: qꝛ a chymera contingēter est. debet exponi per singulares: sed in talibus. omne ens omne ens contingēter est. capiamus singulares ex pte vtriusqꝫ termini distributi. Rñsio ad pm̄

Dubitatur circa hanc materiā an iste cōtradicāt. ens contingēter est ens: ⁊ nullū ens cōtingēter nō est ens. ¶ Rñdetur ꝙ sic. participāt gratia forme acceptionis terminoꝝ legē cōtradictoriarū. Et opposita q̄litas nō ponitur ꝓpter aliud: dicit̄ ꝙ iste cōtradicūt. Ex qua solutione infero ꝓpōnes. Prima est. due affirmatiue cathegorice cōtradicūt. patet de ꝓpōnibus datis. Aduersarius diceret ꝙ ista vlis affirmatiua non cōtradicit alteri: sed equalet cōtradictorio alterius: sed is nō respicit ad radicē oppōnis: ⁊ q̄re ponit̄ opposita qualitas. ¶ Secūda ꝓpositio due negatiue cōtrariantur subcōtrariant̄ ⁊ cōtradicunt. hanc propositionē copulatiue intelligo. pbat̄. Iste cōtrariant̄. quodlibet ens cōtigēter nō est ens. ⁊ nullū ens nō cōtingēter nō est ens Dubitatio Rñsio Propōnes p^a ppō 2ª ppō

3ª ppō ē ens. ¶ Tertia ppositio. i vtraqꝫ cōtradictoriaꝝ totale pdicatū nō distribuitur. patet de istis cōtradictorijs. sortes cōtingenter nō est animal: ⁊ sortes nō cōtingenter nō est animal. Instat. Sorte ~icie si pdicatū huius distribuat. sortes ꝯtingēter nō est animal. ipsa est falsa: qꝛ per descensuꝫ sequit: ergo sortes cōtingēter nō est hoc animal demōstrando platonē. ⁊ sortes cōtingenter nō est hoc animal demōstrando ciceronē. cōsequēs est impossibile: ergo ⁊ añs. Rn̄det ¶ Respōdet negando ꝯñam: qꝛ oportet descendere disiunctim: vel si libet copulatiue inferas cum possibiliter non.

Finaliter circa hāc materiam querit an iste equiualeāt. tm̄ ens cōtingenter est ens: ⁊ tm̄ ens ꝯtingenter nō est ens. Et arguit q̄ nō. Ista est vera. tm̄ ens cōtingenter est ens: vt patet per vniuersalem in terminis trāspositis. om̄e qd̄ contingenter est ens possibiliter est ens nō habet hanc vniuersalē. omne ens ꝯtingēter est ens. Sed qꝛ hoc dubitas, pbo altera via per exponētes. Ens cōtingenter est ens: ⁊ nullū ens cōtingenter est ens. cōtradictoria secunde partis est nō ens cōtingēter est ens. ⁊ sensus eius est. nec qd̄ ē ens nec qd̄ fuit ens nec qd̄ erit ens nec qd̄ pōt esse ens cōtingēter est ens qd̄ est falsuꝫ: qꝛ nunq̄ terminus infinitus in exclusiuis supponit p illo pro quo termin⁹ finitus oppositus quecūqꝫ fuerit copula. Ex illo patet veritas hui⁹. nulluꝫ nō ens cōtingenter est ens. Oppōit Sed q̄ hec sit falsa. tm̄ ens contingenter non est ens. Arguitur sic. secunda exponens est falsa. omne non ens contingenter est ens.

Rn̄det Respondetur q̄ illa nō est secūda exponens: qꝛ in exponendis exclusiuis capitur in secūda expōnēte ꝯtradictoria copula ad exponibilē. hoc patet i illis de inesse: ⁊ sic secūda exponēs huius. tm̄ ens cōtingenter non est ens est hec. oē nō ens non cōtingēter nō est ens q̄ est vera. qd̄ pbatur: qꝛ sua contradictoria est non ens contingenter non est ens: que equiualet isti. non ens contingenter est ens: que est falsa: ⁊ sic conuersio in oppositam qualitatem tenet in exclusiuis.

¶ Et hec de contingenti specialiter capto.

¶ Sequitur de conuersionibus.

De conuersiōibus modaliū. Circa ꝯuersiones modaliū queritur quō sunt conuertende. ¶ Respōdeo per ppositiones. Quarū pma est. 1ª ppō Propositio affirmatiua de possibili cōuertitur recto modo sicut in illis de inesse. ratio est. qꝛ eodē mō ampliat ante ⁊ post vt deus possibiliter est creans: ergo creans possibiliter ē de⁹. Cōuersio simplex. omnis hō possibiliter est animal ⁊ homo possibiliter est sortes per accidēs ꝯuertunt. 2ª ppō ¶ Scd̄a ppositio ex hac sequens est q̄ ppositio de impossibili cōuertitur etiā seruato modo vt bene sequitur. ois homo ipossibilr est equus: ergo omnis equus ipossibiliter est homo. pbatur ꝯña. ex opposito cōsequētis sequitur oppositū antecedētis per premissaꝫ: ergo ⁊ hec ꝯsequētia est bona. 3ª ppō ¶ Tertia propositio. propositio de necessario in cōuersa nō tenet necessario in cōuertēte sed accipit possibile. vt creās necessario est deus. nō sequit: ergo de⁹ necessario est creans. sꝫ bn̄ deus possibilr est creans. ¶ Et ibi aduertendū est q̄ si fuerit ꝯuersio vlis de necessario cōuertēs formalr nō pōt esse vlis nec de necesse nec de possibili. nō sequit. ois de⁹ creās necesse est ens: ergo om̄e ens possibilr est deus creans: sed bn̄ aliqd̄ ens possibilr est de⁹ creās. ¶ Quarta ppō: ppō de possibili nō ꝯuertit in terijs. nō sequit. de⁹ possibilr nō est creans: ergo creans possibilr nō est de⁹. 4ª ppō ¶ Quinta ppositio. ppositio de contingēti spāliter capto non ꝯuertitur in terminis sed in vnā de possibili. qꝛ nō sequit deus ꝯtingēter est homo: ergo hō cōtingēter ē deus: cū añs sit veruꝫ ⁊ ꝯñs impossibile. 5ª ppō Sꝫ ꝯuertatur in vnā de possi. pbat. Bn̄ sequit. deus ꝯtingenter est hō: ergo de⁹ possibilr est hō a tota copulatiua ad alterā eius ptem equalēter: ⁊ illa per pmam ppōnem ꝯuertit in vnā de possi: igit. ppositionabilr in negatiuis dicat semp qn̄ sūt plures ppōnes dādo equipollentes in qbus est paucitas negationū ⁊ ꝯñter dicatur.

Qō Circa finem modalium. Queritur de istis terminis scio ⁊ opinor quomodo modales cōstituunt. Rn̄det ¶ Respōdet q̄ scio ⁊ dubito ⁊ hmōi dictiones ponūtur in ppositione a capite vel a tergo reddunt modales cōpositas. vt scio hominē esse. vl alterū cōtradictorioꝝ esse verū dubito quaruꝫ veritates cognoscunt sicut aliaruꝫ modaliū cōpositarū. Sed quando hec verba medians reddunt modales diuisas: vt hominē scio esse animal hominē sum sciens esse animal. ¶ Et pro istis notetur hec ꝯsequentia. Regula ꝯsequētie bone qn̄ aliqua ꝯña est bona ab aliquo scita esse bona si antecedēs sit ab illo scitū cōsequens est ab eodem scitum dūmodo nō repugnat cōsequētē scire. Hec regula habet multas pticulas. quarū pma est consequētia bona. scd̄a scita esse bona: qꝛ q̄q̄ sequat iste ābulat ante me: ergo sortes ambulat ante me demōstrando sortē: ⁊ añs sit a me scitum nō opꝫ q̄ consequens sit scitum: ergo ego nō scio ꝯñam esse bonā. Ultimo addit dūmō nō repugnat ꝯñti sciri: qꝛ lꝫ sequat hoc est nescitū: ergo hoc est nescitū ꝯtinue demōstrādo ꝯñs arguēdo a sinonimo ad sinonimuꝫ: tm̄ ego scio añs ⁊ non scio ꝯñs pꝑter repugnantiam ꝯñtis: hoc posito pꝫ oēs istas esse veras. scio alteruꝫ ꝯdictorioꝝ scio esse veruꝫ ⁊ neutrū istoꝝ ꝯdictorioꝝ scio esse verū demōstratis eisdem. pbatur capiendo istas. papa dormit: ⁊ nullus papa dormit. sensus prime est hec ppositio est scita a me alterū istoꝝ est veꝝ ⁊ hoc est verum. ⁊ sic applicāda est regula. hec duo ꝯdicūt: ergo alterū eoꝝ est verū. hec ꝯña est bona scita a me esse bona ⁊ scio añs: ergo scio ꝯñs. scd̄a pars patet per inductionē nec hoc istoꝝ scio esse verū demonstrādo papa dormit. nec illud istoꝝ scio esse verū demōstrando nullus papa dormit: ergo neutruꝫ istoꝝ scio esse veꝝ hic in modali diuisa i qua terminī stās signtūs lꝫ ascēdē ⁊ descēdē ⁊ syllogizare sicut in alijs. ¶ 2ª ppō. scio oēm hoiem parisijs esse parisi⁹: sed aliquē hoiem parisius nō scio esse parisi⁹. pª ps pbatur. hec ppositio est scita a me. ois homo parisi⁹ est parisius: qꝛ bn̄ sequit. homo parisius est parisi⁹. ergo ois homo parisi⁹ est parisi⁹. añs ē scitū. gº ⁊c.

Scda ppō p3: qꝛ sua ꝯdictoria ē falsa. s. oēm hoiem parisi⁹ scio esse parisi⁹: hoc est de q̄cūq3 verꝫ est dicere ꝙ est hō parisi⁹ de illo scio ꝙ est parisi⁹ qḋ est falsū3: qꝛ bene sequit. oēm hoiem parisi⁹ scio esse parisiꝰ. plato est hō parisi⁹: ergo platonē scio esse parisiꝰ.

Nōbile **Quia** hic est notādū ꝙ maiore de scito in sensu diuiso ꝛ minori de inesse sequit̄ conclō de scito qꝛ imediate regulat̄ ꝑ dici de omi: ꝯclō ē falsa ꝛ minor vā: gᵒ maior ē falsa: ꝛ ꝑ ꝯñs sua ꝯdictoria ē vera. ¶ 3ᵃ ppō. scio aliqḋ astrū eē sup̄ orizōtē: ꝛ nullū astrū scio esse sup̄ orizōtē. pᵃ ps p3. hec ē scita a me. aliqḋ astrū ē sup̄ orizōtē. 2ᵃ ps p3 per inductionem.

3ᵃ ppō

Oppōit pmō **Cōtra** hoc aꝛ sic. bn̄ sequit̄. scio aliqḋ astrū eē sup̄ orizōtē: ꝛ ista astra sunt oia astra. gᵒ scio hoc astrū eē sup̄ orizōtē. vel scio illud astru3 esse sup̄ orizōtē. ꝛ sic de singulis. s3 ꝯñs est fl̄m: gᵒ ꝛ añs.

Oppōit secūdo Et eodē mō ꝓbat̄ ꝙ hec sit falsa. scio oēm hoiem parisius eē parisi⁹ descēdēdo copulatiue sub illo termio hoiem. Preterea scio oēm hoie3 parisi⁹ eē parisiꝰ plato ē hō parisi⁹: ergo platonē scio eē parisi⁹. Rn̄r

Rn̄det pmo negādo illū descēsu3 quēadmodū nō sequit̄ neceē est hoie3 esse aial. ꝛ isti hoies sūt oēs hoies. gᵒ necesse est hūc hoie3 eē aial. vl̄ neceē ē hūc hoiem esse aial. ꝛ sic de singlis: ꝛ idē error ē q ibi tact⁹ ē. ¶ Ad aliā ꝯñ3

Rn̄det scdo quā reputas sillogisticā: nego ꝯñ3. qꝛ añs ē veru3 ꝛ ꝯñs fl̄m quēadmodū nō sequit̄. neceē ē oē ens. eē ens plō ē ens. gᵒ neceē ē plonē eē ens: qꝛ maiore i sēsu cōposito ꝛ minori de iesse nō sequit ꝯclō nec regulat̄ ꝑ dici de omi vt dicet̄ in syllis. Buridan⁹ tn̄ in illo sophismate. sortes astrolog⁹ scit aliq̄ astra eē sup nos.

Buridanus ꝯcedit idefinitas ꝛ singulares ꝛ dicit ꝙ scio planeta3 eē sup̄ nos q est sup̄ nos. hoc ē si mercuri⁹ sit supra nos scit mercuriū eē sup̄ nos: nō stādo i hoc ꝙ sit do ct⁹ astrolog⁹: qꝛ tūc repugnaret sibi: s3 illa ē ꝯcedēda dicit scio mercuriū eē sup̄ nos nō ꝑ hāc ꝓpōnē: mercurius est sup̄ nos. s3 ꝑ hāc aliqs planeta vel stella est sup̄ nos. S3 tales idefinite: deū trinu3 ꝛ vnū cognouit cōmētator: sē sic resolubiles. hoc cognouit commētator demōstrando deū hoc ē de⁹ trin⁹ ꝛ vn⁹: gᵒ deū trinū ꝛ vnū cognouit cōmētator. s3 cōmētator nō cognouit deū trinū ꝛ vnū. S3 ad ꝯuertēdas tales ꝓpōnes teneas cetera paria. vt p̄ce3 meū credo eē hoc. illa ē singl̄aris ꝛ nō pt̄ ꝯuerti i istā. hoc credo eē p̄cem meū qꝛ staret añs verꝫ ꝯñte exñte falso. s3 d3 sic ꝯuerti. p̄ce3 meū credēs eē hoc ē ego vel q̄ ad ptes credītū eē hoc ē pꝛ me⁹ regē scio eē sortē: gᵒ scitū eē sortē ē rex ꝫ3 totalē ꝓpōnē ꝯuertēdo nō ē difficultas. ¶ In appellationibus ꝛ syllogismis ista iterum tangentur.

¶ Questio logicalis.

Dubitatio **Dubitatur** vtrū arguēdo ab affirmatiua ad negatiuā p̄dicato variato penes finitū ꝛ infiⁱᵗᵐ sit bona ꝯñā ꝛ ꝯ̄. Rn̄r ꝙ sic. p3 auctoritate Arist. 2ᵒ pyer. pᵒ. ꝛ rōne sic. qꝛ si nō sequat̄: a ē nō b: gᵒ a non

Rn̄det ē b stabit oppoᵐ ꝯñtis cu3 añte. s. a ē b. ꝛ sic duo termi ꝯditorij mediāte copula de p̄nti copulatiue de eodē singulari v̄ificabunt̄ qḋ ē incōueniēs: 2ᵃ ps p3. si nō sequat̄ a nō ē b ꝛ a est. ergo a est nō b, tunc oppositu3 ꝯñtis cōpatitur añs. ergo ista simul stabūt: a nō est nō b ꝛ a est. ꝛ a non est b: qḋ iterum liquet esse falsum.

Oppōit primo **Contra** priorem partē arguit̄ sic nō sequitur. sor. videt nō equum ergo sortes non videt equū: ꝛ tn̄ arguit̄ ꝑ regulā. ergo regula nulla.

Rn̄det **Respondetur** negādo ꝙ arguatur per regula3: qꝛ totū p̄dicatū nō infinitatur sed pars ei⁹: sic argumētaberis. sortes est non videns equu3. ergo sortes nō est vidēs equū.

Oppōit ꝯtrā hoc nem **Cōtra** hoc arguit̄ bifariā. tum pmo: qꝛ ꝑ solutionē hec ꝯñā nō teneret ꝑ regulā. sortes est nō homo: gᵒ sortes nō est hō qḋ est falsu3. ꝛ patet ꝯñā: qꝛ totū p̄dicatū nō infinitat̄. tn̄ scdo tenēdo verba adiectiua in mente nō potes aliter arguere: igit̄.

Rn̄det **Respōdet** ꝙ totū predicatum d3 infinitari dempta negatiōe infinitāte. Ad scdm dicit̄: op3 sic arguē. sortes nō videt equū. gᵒ sortes nō videt equū vt añs sit affirmatiua ꝓpō huic equiualens: sortes est non vidēs equū in consequendo.

Oppōit secūdo **Secūdo** arguitur ad idē nō sequit̄: in seq̄na sunt nō pisces ergo in sequana non sunt pisces. tn̄ arguit̄ per regulā. ergo regula nulla.

Rn̄det **Respōdet** vl̄ capis ꝑ sbo ly pisces: ꝛ tūc nō arguis ꝑ regulā: qꝛ r̄la nō l3 sbo variato penes finitū ꝛ infiᵐ: nisi qn̄ p̄tū ē discretū. vl̄ capis ly pisces ꝑ p̄to: ꝛ tūc ꝯñā est bona: ꝛ ꝯñs ꝯcedēdum cum añte. Ex quo fundamēto deduco tales ꝓpōnes in celo nō est de⁹. cu3 qua stat: vbiq3 est de⁹. secūda: in hoc celo est deus: ꝛ in hoc celo nō est de⁹. pōt deduci per regulam negatiuā affirmatiua claret.

Oppōit tertio **Tertio** aꝛ nō sequit̄ sor. fuit nō currēs. gᵒ sor. nō fuit currēs. ꝛ tn̄ aꝛ ꝑ r̄lam: maior p3. sor. heri fuit nō currēs: gᵒ sor. fuit nō currens.

Rn̄det **Respōdet** ꝙ op3 sic arguē. sor. aliqn̄ nō fuit currēs. ꝛ nō sic sor. n̄ fuit currēs aliqn̄. eodē mō i alijs extrinsecis tēporib⁹ dicas.

Oppōit quarto **Quarto** arguit̄. nō sequit̄. tn̄ aliqd ē nō antixp̄e: gᵒ tn̄ aliqd nō ē antixp̄us: ꝛ tn̄ aꝛ ꝑ regulā: ergo r̄la nulla. Et ꝯfirmat̄ dupl̄r. tū pᵒ nō sequit̄. oīe aial ē nō sanū: gᵒ nullū aial est sanu3. posito ꝙ sbm añtis distribuat̄ ꝑ gn̄ib⁹ singulorum: ꝛ ꝯñtis ꝑ singulis generꝫ. tū 2ᵒ. nō sequit̄. ois hō est nō pictus. gᵒ ois hō nō est pict⁹. ꝛ tn̄ aꝛ ꝑ regulā. gᵒ r̄la nulla. ¶ Ad pᵐ dr̄ ꝙ añs nō est affirmatiua nisi pregnans. cōfirmationes soluunt̄ tenēdo cetera paria.

Confirmat̄ dupliciter

Oppōit quinto **Quito** aꝛ. nō sequit̄. sor. ꝯtigēter ē nō lapis: gᵒ sor. ꝯtingēter nō ē lapis: ꝛ tn̄ aꝛ ꝑ regulā. gᵒ r̄la nulla. maior p3: qꝛ añs ē verꝫ ꝛ ꝯñs fl̄m. Et ꝯfirmat̄. nō sequit̄ hec ē nō vā. gᵒ hec nō ē vā demonstrādo ꝯñs vtrobiq3: ꝛ aꝛ per regula3: igitur.

Rn̄det **Respōdet** ꝙ argumentum pmum est solutū ex dictis. Ad confirmationem dico ꝯñam bonam ꝛ añs verū cum ꝯñte falso. nec hoc reputo inconueniens in se falsificantibus.

Oppōit sexto **Sexto** arguit̄ nō sequitur. sortes est nō pater. ergo sortes non est pater. ꝛ tn̄ arguit̄ ꝑ regulā: igit̄. maior patet posito ꝙ sortes habeat filiū sortes est non pater platonis. ergo sortes est non pr̄.

Confirmat̄

Confirmatur. Cõfirmaẗ dupl'r. tũ3 p̃mo. non sequit̃. platonis est nõ asinus. ergo platonis nõ est asinus. tũ3 scđo: nõ sequit̃ x̃ps est nõ homo. ergo x̃ps non est homo.

Rñdet. **Respondet** negãdo q̃ nõ sequat̃. ⁊ negat añs pbatiõe. hec ɔña ẽ nulla: sortes est non p̃ȓ platonis: ergo sortis est non p̃ȓ. Ad p̃mã ɔfirmationẽ dico ɔñã bonã. vltima ɔfirmatio est altioris negocij. ⁊ dr̃ q̃ ɔña nihil valet: qr in exẽplo sũpto sopitũ est fundamẽtũ rl'e. pbauim⁹ fundamẽtũ p ĩpossibilitatẽ termiorũ ɔdictoriorũ vẽrificabiliũ de eodẽ qđ hic nõ est incõueniẽs: ppterea hic opꝫ q̃ vna singularis añtis ad hoc q̃ formal'r arguatur equaleat vni de oi. potes facere tales ɔñas. sortes est non homo ⁊ nõ homo. ergo sortes nõ est homo ⁊ non homo cum añs sit verum ⁊ ɔñs falsum. sed ad hoc dictum est in capitulo de nomine.

Oppo. **Cõtra** scđaꝫ partẽ ar̃ sic. negatiua non infert affirmatiuam. ergo scđa pars est falsa.

Instat. Forte dicis sicut dicendum est antecedẽs est affirmatiuum quoniam copulatiua affirmatiua.

Oppo. Instat. **Contra** Nõ seqt̃. sortes hõ nõ est. ⁊ sortis est: g° sortis est non hõ. Forte dicis: non tenet regl'a nisi qñ p̃tũ distribuit̃ si sit distribuibile.

Oppo. **Contra** Bñ seqt̃. hõ nõ est ipsemet: ⁊ hõ est: g° hõ est non ipsemet. Pari forma. bene sequit̃ sortes non omnis homo est: ⁊ sortes est. ergo sortes est non omnis homo. ⁊ tamen predicatum non distribuitur in añte. ergo solones nulle.

Rñdet. **Rñdetur** qñ p̃tũ3 est relatiuũ reciprocũ nõ est opus distributiõe. Alia ɔñtia nõ tenet pũctual'r p hãc regulã postq̃ aliqđ ponit̃ a pte p̃ti in ɔñteqđ nõ ponebat̃ a pte eiusdeꝫ in añte. Sꝫ forma arguẽdi sufficit addẽdo ois vel equalens ppter impedimentum distributionis in ɔsequente.

Scđo oppõit. **Secũdo** ar̃ ad idẽ. nõ seqt̃. sortis ɔtingẽter nõ est nõ lapis: ⁊ sortis ɔtingenter est. ergo sortis ɔtingẽter est lapis: ⁊ tñ ar̃ a negatiua ad affirmatiuã cũ ɔstãtia p̃ti variato penes finitũ ⁊ infinitũ: maior pꝫ. qr ɔñs est falsũ vt liquet: ⁊ maior equalet huic. sortis ɔtingẽter est nõ lapis. cui⁹ vitas

Rñdet. claret p expõnẽtes ei⁹. ¶ Rñdet̃ q̃ maior est negatiua p̃gnãs ⁊ sic non procedit̃ contra regulam.

Oppo. **Contra** hoc ar̃. nõ seqt̃. sortis pol'r nõ est non lapis: ⁊ sortis pol'r est: ergo sortis pol'r est lapis: ⁊ tñ ar̃ a negatiua ad affirmatiuã. igit̃. vitas maioris pꝫ p falsitatẽ sue ɔdictorie. sortes necessario est nõ lapis q̃ ĩfert hãc: sor. necio est q̃ est ãĩal. Eodẽ mõ nõ seqt̃. hec aia pol'r nõ est ens: ⁊ hec anima pol'r est: ergo hec aia pol'r est nõ ens: ⁊ tñ ar̃ a negatiua ad affirmatiuaꝫ. igitur ɔñs est impossibile vt patet per dũs de inesse. hec anima est non ens.

Rñdet. **Respõdet** q̃ ɔñe ppposite nihil valẽt ⁊ hq̃ q̃ maiores sint negatiue nõ p̃gnãtes i eis nõ ẽ negatio ex pte modorũ ⁊ ppt'ea in modalib⁹ cum possibile non: cõsequẽtia nihil valet.

Oppo. **Cõtra** hoc ar̃. Nõ seqt̃. a hõ nõ est aial: ⁊ a hõ est. ergo a hõ est nõ aial. ⁊ tñ ar̃ a negatiua ad affirmatiuã cũ p̃to distributo maior nõ est negatiua p̃gnãs neq̃ modalis. ergo solones date non sufficiunt. ¶ Respondetur regula non tenet quando subiectum stat confuse tñ.

Rñdet.

Oppo. **Contra** hoc ar̃. sbm añtis stat determinate: ⁊ tñ nõ tꝫ p te. ergo qñ sbm stat determinate nõ tenet eodẽ mõ q̃ supponat determiate. pbat̃. hoc sbm in p̃iacẽte stet determiate: ⁊ hoc sbꝫ in preiacẽte est sbm huius. a hõ non est aial: ergo subiectum huius a homo nõ est aial stat determinate.

punctū est linea superficies et corpus. sed differt ratione pūctum: q2 terminat cōtinuat etc. pᵃ ppō ¶ Secūda ppositio pūcti est pūctum hoc p3 cū pūctum sit pribile non dat̄ vltima pe quāte molis debebit esse punctū aspiciēdū est ad rei magnitudinē. 2ᵃ ppō ¶ Tertia ppō. denarius et ternarius sunt eiusdē spēi. pbatur demōstrādo duos hoies ex vna parte tres ex altera isti sunt eiusdē spēi et isti sunt binarius et ternarius: igit̄. sed nō sunt eiusdem speciei specialissime pdicamēti quantitatis hi duo termini. 3ᵃ ppō ¶ Quarta ppositio. binarius et ternari⁹ specie differūt hoc claret. 4ᵃ ppō ¶ Quinta. aliqua q̄ternitas mouet̄ motib⁹ cōtrarijs. Probat̄. sint q̄ttuor hoies quorū vnus mouet̄ ad orientem alter ad occidētē. et ita de alijs duobus iā ille q̄ternari⁹ mouetur motibus contrarijs. Cum quo stat q̄ nihil mouetur motib⁹ contrarijs. Eodē modo pbari potest q̄ quātitas discreta accidentalis est in quattuor subiectis p3 de accidētibus quattuor subiectis inherētibus. tamē nullū accidēs est in duob⁹ subiectis. 5ᵃ ppō ¶ Sexta ppositio. aliq̄ est quantitas discreta que nec est substātia nec accñs nec substantie nec accidentia. patet de noticia vni⁹ angeli et ipsonet. sed illa quantitas est substātia et accidens. 6ᵃ ppō ¶ Ultima ppositio. deus est quātitas et sancta trinitas: ergo est numerus et ex ɔsequēte quātitas. 7ᵃ ppō

¶ Sequuntur proprietates quantitatis.

His visis dicendum est de cōmunitatibus quātitatis. Prima cōmunitas est: quantitati nihil est cōtrarium. vt bicubito: tricubito: vel superficiei nihil est contrarium: q2 contrarietas primo est qualitatibus: nō omnibus: sed quibusdā. quantitatis autē nō est qualitas. quare sequitur q̄ contrarietas nō est in quātitate. Item quātitas nō suscipit magis neq̄ minus. nō enim vna linea est magis linea q̄3 alia: nec numer⁹ ternarius est magis numerus q̄3 binarius: et sic de alijs. Item propriū est quantitati s̄m eam equale vel inequale dici: vt vnus numerus est equalis vel inequalis alteri numero: et vnum corpus est equale vel inequale alteri: et vna linea est equalis vl' inequalis alteri linee.

Proprietates q̄titatis

Tres

sunt quātitatis ppzietates. Quarū pma est. Quātitati nihil est ɔriū scd̄e intētio naliter cuilibet termino predicamēti q̄titatis ɔuenit. Prima ppetas

prime intentionaliter sic quātitas ſm rōnem quātitatis nulli ↄtrariat rōne quantitatis: q: de p accñs quādo est quātitas alicui ↄtrariat. ¶ Scd̄a ṗprietas. quātitas nō suscipit magis neq; minus. scd̄e intētionaliter de pdicamēto quātitatis nō pnt cum istis aduerbijs magis ꝛ minus. Prime intentionaliter non intēdūt nec remittitur nisi de per accidens: vtputa quādo est qualitas. ¶ Tertia proprietas. proprium est quantitati secundum eam equale vel inequale dici vbi hoc disiunctum dicit aptitudinem ꝛ inequale positiue.

Scd̄a ṗprietas.

Tertia ṗprietas

¶ Sequitur arbor quantitatis.

Quantum.
Continuum.
Linea.
Linea recta.
Linea canobum.
Hec linea canobum.

¶ Sequitur quartum caput de relatione.

a D aliquid vero talia dicuntur quecunq; hoc ipsū qd̄ sunt aliorū dicūtur: vl' quomōlibz aliter ad aliud: vt duplū dimidij duplū: ꝛ dimidium dupli dimidiū: pr̄ filij pr̄: filius pr̄is filius. vel sub habitudine alteri' casus vt maius minore maius: ꝛ minus maiore minus. vel sil'is sil'i sil'is. vicin' vicino vicinus. Relatiuorū tres sunt species. Quedā dicunt ſm equiparentiā vt sūt q̄cunq; eodē noīe dicunt: vt similis sil'i sil'is: equalis equali equalis: ꝛ vicinus vicino vicinus. Alie ſm suppositionē dicunt: vt duplū triplum q: ista superponunt alijs sicut dn̄s seruo supponitur. Alia vero ſm suppōem: vt seruus domino supponitur: ꝛ filius pr̄i: ꝛ dimidium duplo ꝛ duplo dimidium.

De pdi to rlonis.

a Aristoteles hoc pdicamētum immediate post quantitatem stabiliuit: vt dicenda dictis continuaret. In tertia proprietate quantitatis dictum est propriū est quantitati esse equale vel inequale. ꝛ ille notiōes sunt de hoc predicamēto ita dicit boetius. Cetera deccoratio est de entitate relationis. Reales dicūt: q: rerum multiplicatores asserūt relationē a fūdamēto ꝛ termino distingui. Et relatio realis intrinsecus adueniēs solum ponit in hoc pdicamēto. Sz relatio accñtaria quā extrinsecus adueniētem vocitant stabilimētū in sex vltimis pdicamētis ndicsit. Ad ṗpositū in sorte pr̄e est pr̄nitas q̄ denoiat pr̄ quēadmodū paries alb' ab albedie. Et si hēat octo filios octo pr̄nitates habē necesse est: sz nō est octo pr̄es: q: ad multiplicationē abstracti nō seqtur plificatio cōcreti e regione in platone filio est filiatio qua plato denoiat filius: paris forma in albedie parisq; i sacramēto eucharistie est similitudo qua ipa filis vocitat albedi rome. Eodē mō de eq̄litate ineq̄litate ṗportione distantia ṗpinqtate fraternitate ꝛ alijs dicat. Probat positio p arg^m cōe

Oppōit

quādocūq; due res sic se habent quaꝝ vna manet altera nō manēte distinguūtur realiter: sed sor ꝛ pr̄nitas sunt huiusmodi: igit. ¶ Rn̄det q maior implicat cū minore arg^m insup ṗbaret deū ꝛ gubernatorē mundi distingui realiter qd̄ confiteretur nemo. hoc ṗspicuū est ponēdo q annihilet mundū. ¶ Scd̄o arguunt silitudo distinguit a re sili p ypothesim ponātur due albedines in duob' sbiis quaꝝ a sit intensa vt octo. b vt q̄ttuor remittat continue. a ad quartū gradū albedinis. tūc arguit sic. hec albedo remittitur ꝛ hec albedo est silitudo a ad b: ergo silitudo a ad b remittit. ↄña est sillogismus expositorius ꝛ ↄña bona ꝛ maior vera: ergo minor est falsa. ¶ Rn̄detur per ṗpositiones. Prima: silitudo a ad b remittit. p3 p argumētū factū. ¶ Scd̄a ṗpositio. nō remittit silitudo a ad b. ¶ Tertia. intendit silitudo a ad b. hoc est ille q̄litates efficiūtur siliores q̄ antea. Et ex illo p3 scd̄a ṗpositio. ¶ Quarta. hec silitudo nō intēdit sorte dicis has equalē silitudo intēdit: ꝛ intendit silitudo cum vna sit ↄuertens alterius ꝛ contra. ¶ Respondet p ṗpōnes. Prima. ista sic ↄuertit silitudo intēdit qd̄ intēdit est silitudo. ¶ Scd̄a ṗpō. intēdit silitudo ↄuertit in hanc qd̄ intēdit silitudo est silitudo vt maneat similis appellatio vbiq;: ꝛ ex illo ifficit q equalcant. esto q cōponant ex similib' extremis. ¶ Tertio arguūt de distātia. Sed breuiter pono ṗpōnes. Frequenter distantia est maior: sed est minor distantia ṗpinquitas est minor. sed maior ṗpinquitas ṗportio octo ad quattuor est octo ꝛ dupla. quēadmodū vna congeries ad alterā est dupla ṗportio subdupla est quattuor. Ex quib' nō sequit q proportio dupla est subdupla respectu eiusdem. Proportio tripla est terminus ↄnotatiuus pro aggregato supponens cōnotando q pro qualibet vnitate rei significate per correlatiuū tres cōtineat. Contra alios sic arguitur cōmuniter a nominalibus. qui ideo dicitur quia non tm̄ multitudinē rerum edificant. sed discrimen in nomine hoc est in termino astruunt quocirca terministe interdū vocantur. dicunt q relatio ꝛ fundamentū distinguuntur. Hoc est isti duo termini animal ꝛ paternitas distingunt hoc est diuersimode significant. ṗpterea in diuersis predicamētis situm habent. Separet deus de potētia absoluta paternitatē a sorte cōseruando Sortem ꝛ Platonem. Et tunc querit vtrum sortes est pater Platonis ꝛ si sic superuacanea est paternitas assignata. Si non. arguitur in oppositū per diffinitionē patris. Hic respondetur ab aliquibus eoꝝ q casus est possibilis ꝛ tunc sortes non est amplius pater. Sed responsio cōmunis negat possibilitatē casus: q: positis fundamēto ꝛ termino de necessitate sequit relatio per quid nominis relationis intrinsecus adueniētis. Pro maxima tenēt nominales. quandocūq; due res distingunt ꝛ neutra est deus vel pars alterius deus pōt quancūq; illarū ↄseruare altera corrupta. hoc negare nullo pacto q̄drat videre meo vllo sano capiti. Quare alij ipōnes absonas hoc negātes ṗdeūt de stabilitate ꝛ de potentijs aie. ꝛ de istis rōnib' ꝛ plerisq; alijs. Itē vl' pr̄nitas est

Rn̄det
2° opponit.
Rn̄det
Propōnes. p' ṗpō 2' ṗpō.
3° opp.
Rn̄det

tas est accidēs diuisibile vel indiuisibile dāt secūdū. querit vel est in q̄libet pte p̄ris vel in aliq̄ ⁊ in aliqua nō. si in aliq̄ vt puta in pede pes esset pater: q2 tale accidens denominat subiectū in quo est. Rūdēt q̄ est in toto patre cathegorematice ⁊ in nulla pte p̄ris. Sz hoc s̄nia mea claudit ꝯdictionē3. Forte dicis s̄m oēs. noticiā deus pōt ponē in lapide. ⁊ tunc erit q̄lītas in tota ⁊ in nulla pte erit. Rūdet q̄ hoc est non intelligibile. absurdū est dicere q̄ q̄ ꝓducit albedinē vel calorē parisius ꝓduceret silitudinē3 in albedine ⁊ calore in india ⁊ corrūpens nigredinem parisij tot silitudines corrūpat in ethiopia omnia illa sequunt̄ postq̄ albedo parisij albedini rome ē silis hoc est p duas silitudines reb⁹ silibus inherētes fateor q̄ interdū sequunt̄ correlaria absona ex fundamēto efficaciter ꝓbato vel multū thopice. hic autē radix ꝓbationis nulla est. Accedēdo ad litterā. ¶ Ad aliqd est vnus terius cōnotatiu⁹ pro aliquo vel aliqb⁹ supponens ꝯnotādo respectū ad se vel ad aliud sub habitudine alicuius obliq casus vt in relatiuis equiparātie vt vicinus vicini vicinus. superpositionis vt pr filij pater. suppōnis filius patris filius. Ex quo pendet relationis triplex mēbrū. spēs ꝯtente sunt idē3 ⁊ diuersum. l3 idem pro tot supponat sicut ad aliquid nō obstāte est spēs ei⁹ ꝓpter cōnotatū termini huius p̄dicamēti a p̄ori cognoscunt̄ p modū sign̄di a posteriori: q2 apte respōdet ad interrogatiuū hui⁹ p̄dicamenti quod est quomodo se habet hoc ad illud.

Relatio nis diffinitio

¶ Sequitur de proprietatibus relationis.

Post hec sequunt̄ cōitates relationis. Prima est: q̄ contrarietas est in relatione vt v̄tus est ꝯtraria vicio: cū vtrunq3 eoꝝ sit ad aliquid hoc aūt nō cōuenit oī relationi. duplo enim nihil est cōtrariū neq3 triplo. Secūda cōitas relatiua suscipiūt magis ⁊ min⁹: vt simile dr̄ magis ⁊ minus simile: ⁊ silr̄ ineq̄le. Sed hoc nō cōuenit oibus relatiuis. Duplū enim nō dicit̄ magis ⁊ min⁹ duplū. neq3 triplum neq3 pater. Prima ꝓprietas. Relatiua dn̄r ad cōuertētiā: vt pater filij pr̄: fili⁹ patris fili⁹. Secūda ꝓprietas. Relatiua sunt simul nā. simul enim sunt duplū ⁊ dimidium: pater ⁊ filius. Tertia ꝓprietas. Relatiua posita se ponūt: ⁊ ꝑempta se perimūt. vt si duplū est dimidium est: ⁊ ecōtra. Itē alia diffō relatiuoꝝ talis est. Adaliqd sunt quib⁹ hoc ip̄m esse est ad aliud quodāmō se habere: ⁊ hec diffinitio est propria relatiuoꝝ. Quarta ꝓprietas: ꝓpriū est relatiuoꝝ: q̄ si quis diffinite nouerit vnū relatiuoꝝ diffinite cognoscet ⁊ reliquū: vt si qs diffinite nouerit quid sit duplū diffinite noscet id cuius est duplum. necesse est enim in vtroruq3 rationibus vtrisq3 vti.

Prima proprietas ē. relatiōi iest cōtrarietas. — Proprietates relatiōis

Secunda relatio suscipit magis ⁊ minus.

Tertia. relatiua dicuntur ad cōuertentiam.

Quarta. relatiua sunt simul natura. ¶ In multis istarū proprietatū extendit terminus adaliquid ad quodcūq3 cōcretum reperibile ad abstractū vel adaliquid aliud. quocirca Aristoteles bifariā3 adaliquid diffiniuit. Ita q̄ dicit primā diffinitionem ꝯtinere substātiā hoc est terminos de predicamēto substantie. vt homo humanitate homo. albū3 albedine albū. ¶ Sed ꝓprie capiēdo terminus in hoc p̄dicamento locat̄ qui refert̄ ad se vel ad aliū neq3 cōcretū neq3 abstractum in istis ꝓprietatibus parū ponderis est nisi in tertia. ¶ Propterea nō abs re dixit Aristo. difficile est hanc materiā pertractare nisi sepius fuerit agitata. ¶ Propterea subiungit. dubitare de singulis nō est inutile quod duobus modis legit̄. Uno mō habere in q̄libet materia dubiū nō est inutile ⁊ hoc nō intellexit: vt patet de celo ⁊ seipso. Alio mō nō est inutile formare dubitatio nes gratia exercitationis in singulis ꝓpositis. hoc q̄ tāgit de q̄dratura circuli quā scibilē3 existimat q̄ q̄ sciētia nec a brissone nec ab antiphōte inuēta est. hoc potest intelligi: ⁊ quo ad areā ⁊ contētū vel quo ad circūferētiā. Circa primū insudauit archimenides. Scdm phisice est satis facile ductu. l3 nō punctualiter ⁊ geometrice supposita vna ꝓpositione q̄ si det vnus circulus habēs viginti duas ptes: imo necesse est quēlibet infinitas habere. Auferat vna vigesima secūda: residui tertia pars est dyameter circuli: que triplata cū vna vicesimasecda: producit lineam circulo equam ex qua produ in lucem quadratum. — Dubitare de singulis nō erit inutile

Circa litterā dubitatur. Et p̄mo circa tertiam proprietatē. nō sequit̄ gen⁹ est: ergo species est tamē sunt adaliquid: ergo ꝓprietas nulla. cōsequentia l3. minor patebit ex dicēdis. ⁊ maior probatur. q2 si iste termin⁹ substātia est sine alio termio. iam genus est ⁊ nulla species q̄d ostenditur per diffinitionē generis in qua si predicat̄ dicit aptitudinem substantia est genus non dicit actum vt notū est. — Op. p̄⁹

Secūdo arguit̄ ad idem: nō sequit̄. Pr̄ est ergo filius est. ⁊ tamē sunt de hoc predicamēto: igit̄. maior p3. stat patrē esse cū filia. — Op. 2⁹

Tertio arguit̄. dn̄s ⁊ seruus sunt relatiuū ⁊ correlatiuum. ⁊ tn̄ stat dn̄m esse sine seruo ⁊ sine s̄ua: q2 ponam⁹ magnū dn̄m forte cui⁹ omnes famule cū simul relinquant adhuc est dn̄s. — Op. 3⁹

Quarto arguitur. magister ⁊ discipulus ponuntur in hoc predicamēto ⁊ tamē stat magistrū esse sine discipulo vt palā est: igitur. — Op. 4⁹

Pro hoc dubio notandū est q̄ nō est idē3 dictu cōuersio ꝯuertibilitas ⁊ cōuertētia. dici ad ꝯuertētiā nihil aliud est q̄ dare vnū — Rn̄sio ꝓncipalis

entimema ex relatiuo et correlatiuo cuiusa͂ñ et consequens sese circulariter inferūt. vt pater est: ergo filius est. filius est ergo pater est. Si aliqd est pr̄ aliqd est filius: ergo si aliquid est fili⁹ aliqd est pater. Si pater est filij pater est: ergo si fili⁹ est p̄ris filius est. Ois pater est filij pater: ergo omnis filius est p̄ris filius.

Ad pᵐ **Ad primū** argumētū: dicit̄ de directo nō currit: multi͂ pondit p̄dicamētum signi. et tūc gen⁹ et species nō ponunt̄ in hoc predicamento. et a talibus argumentū est extinctū. Secundo dico ꝓprietas nō tenet in terminis secūde intētionis discrimē est: qꝛ regulariter admittim⁹ ꝙ si iste terminus animal esset se solo gen⁹ esset et nō sp̄es nisi de p̄accidēs. Tertio dico negādo ꝙ substātia est genus quādo solitarie ponit̄. Et ad argᵐ nego ꝙ diffinitio generis ei cōpetat. et dicit̄ ꝙ p̄dicat̄ partim dicit actū partim dicit aptitudinē. importat actū: idest actualem existētiā speciei. aptitudinē ad posse predicari. duo prima dicta magis veniunt approbāda.

Ad 2ᵐ **Ad secundū** negat̄ maior. Pro q̄ ad uerte ꝙ pater bifariā accipitur. Uno mō. vt supponit pro substātia quacūqꝫ cōnotando ꝙ genuerit aliā substantiā nō curādo de sexu. Alio modo capit̄ pater vt suppōit pro aliquo ꝯnotādo ꝙ sit sex⁹ masculi et cū hoc ꝯnotādo aliam substātiā que est. Primo mō capit̄ qn̄ tales ꝯñe admittunt̄. pariforma accipiant̄ mr̄ fili⁹ et soror et frē.

Ad 3ᵐ **Ad tertium** dicit̄ ꝙ domin⁹ capit̄ duobus modis. Uno mō supponit pro aliq̄ ꝯnotādo dn̄ium. Alio mō accipit̄ cōnotando famulū s̄m hoc equiuoce habet duo correlatiua dn̄ium et famulus. In vna acceptione: ꝯñā est bona dn̄e est: ergo seruus est. seruus ancillā amplectit̄ vt liquet ex acceptione termini pater. et abeallib⁹ famulis nō est ampli⁹ dn̄s illo modo capiēdo.

Ad 4ᵐ **Ad quartū** dicitur ꝙ magister dupliciter sumit̄. Uno mō respectū ad discipulum cōnotat. Alio modo gradū solū importat. Scd̄o mō nō dicit respectū ad discipulum.

Oppōit **Contra** istud arguitur. Moriat̄ sortes pater remanēte platone qui quondam erat filius. arguitur sic. plato est filius et nō respectu p̄ris vt claret. assūptū arguit̄. iste plato fili⁹ viuit: ergo plato est filius. añs probatur. plato filius vixit et plato filius nō est mortuus: ergo plato filius viuit.

Rn̄det **Respondetur** per vnā copulatiuā in casu. plato filius vixit et plato filius nō est mortu⁹ et plato filius nō viuit. Sꝫ plato filius est mortu⁹ plato filius. hoc est morit̄ iste filius. sed iste filius nō morit̄. Sed iste nō stāt iste vixit et iste nō viuit et iste nō est mortu⁹. Potes habere captiūculas sophisticas. iste fili⁹ vixit et iste filius nō viuit: ergo iste filius desinit esse et ex ꝯsequēte cū priori parte antecedentis sequit̄ ꝙ iste filius est mortuus. Similiter ois res que vixit et nūc non viuit est mortua: plato filius est res que vixit. et nūc nō viuit: ergo plato filius est mortuus. Sed ista alibi dissoluuntur.

Quarto arguit̄ ad idē: stat aliquē esse filiū sine patre qd̄ patet tū p̄mo: qꝛ nō est necesse ꝙ moriēte patre fili⁹ moriat̄. Secūdo cognoscat sortes bertham et ipso expirāte nascat̄ plato fili⁹ post ad mediū annū. Arguit̄ sic plato fuit fili⁹ sortis tūc sua de presenti fuisset vera et nō quādo sortes p̄ro erat: qꝛ nōdum erat: ergo quādo plato erat sine sorte. et sic aliquid est fili⁹ quādo nihil est pater ei⁹. 4ᵒ op.

Respondetur ꝙ moriēte patre filius nō moritur. sed desinit esse filius et quicūqꝫ patrē occidit: tūc ab eo occidit̄ filius. sed nullus fili⁹ ab eo interimit̄. ad aliud dicit̄ ꝙ plato nūq̄ fuit fili⁹ in casu. hoc argᵐ lat⁹ habet̄ ponēdo ꝓpositiones inesse de terminis ampliatiuis. vtputa de his p̄us et posteri⁹ nō est faciēda vis tenendo similem ampliationem. vtrobiqꝫ ꝯñā est bona. Rn̄det

Quinto arguit̄. nō sequit̄. hic pr̄ est: g° hui⁹ filij hic pater est. et tamē arguitur a relatiuo ad correlatiuum: ergo ꝓprietas nulla. 5ᵒ op.

Respondetur tripharā ꝯtingit singularizari relatiuū vl̄ p̄ illo qd̄ supponit vt in exēplo ꝓposito. vl̄ p̄ ꝯnotato. vt p̄ris hui⁹ filij. vel pro vtroqꝫ sigto signādo correlatiuū singulariꝫ et terius p̄ filij sigto hic pr̄ correlatiuum nāciscitur filius huius patris. Et ita in alijs. Rn̄det

Dubitat̄ secūdo. Utrū noīa cōparatiui gradus. vt albior nigrior ponantur in hoc predicamēto. Et arguit̄ ꝙ sic. albior dicit̄ correlatiue ad minus albū et nō aīs prius et posterius ponuntur in hoc predicamēto facile est dicere ꝙ noīa comparatiui gradus quorꝫ positiua ponunt̄ in alijs p̄dicamentis nō locātur in hoc predicamēto. albior albedinē cōnotat. cuius connotatio relationi est contraria. Nec valet argumentū. Dicit̄ ad cōuertētiā cū illo termino min⁹ albū ergo ponit̄ in hoc predicamēto. Sed opꝫ addere ꝙ habeat modum signdi hui⁹ p̄menti. Sec⁹ est de p̄us et posteri⁹ quorꝫ positiua nō hn̄t talē ꝯnotationē. Potes etiā dicere ꝙ albior et nigrior ratione comparationis in hoc p̄dicamēto ponunt̄: et nō ratione albedinis vl̄ nigredis. Dubitatur

Insuper dubitat̄. an relatiuū et correlatiuū possunt scinuicem diffiniri. super hoc Auicēna in sua logica porphyriū impugnat iferēs qd̄ idem esset noti⁹ et ignotius: qꝛ si ille terius Filius ponat̄ in quidditate Patris: debebit eē notior. postq̄ diffinitio naturā diffiniti dilucidat. ecōuerso sequit̄ ꝙ pater esset notior termino filius. ꝓpter hāc rationem. Auicēna exorbitat a mente porphyrij diffiniens relatiuū per suū fundamētū. hoc est per terminū absolutū vt pater est substātia que genuit aliā substātiam que est. Hec ratio tamē nō vinceret porphiriū. nō incōuenit idē esse magis notū et min⁹ notum diuersis temporib⁹ vel s̄m quid in varijs ꝓcessibus ꝑspicuū est ex libris posteriorꝫ. Ubi s̄m Arist. contingit circulariter demōstrari: sed pōt cadere difficultas an adaliquid sit termin⁹ ampliatiuus postq̄ aliquꝫ species ampliāt. alique vō nō: vt patet de p̄us et posterius Dubitatur

ꝛ posterius. Et dicitur ꝙ adaliqd nō est termin⁹ am/
pliatiu⁹: sed habet modū significādi amplū ad am/
pliatiuos ꝛ nō ampliatiuos. Facil⁹ est ponē duo p̄e/
dicamēta quoꝝ vnū est ampliatiuū: alterū vo nō. Si/
milis dubitatio de idem pōt fieri an sit species adali/
quid sicut discrete ad quantum ꝛ perinde dissoluatur.

ℭ Sequitur quintum caput de qualitate.

q Ualitas ē fm quā q̄les eē dicimur
vt fʒ albedinē dicimur albi: ꝛ fm
colorē colorati: ꝛ fm iustitiā iusti.
Qualitatis q̄ttuoꝛ sunt spēs. P̄ia
spēs q̄litatis est habitus ꝛ dispositio. Differt
autem habitus a dispositione: q꞉ habit⁹ per/
manētioꝛ est ꝛ diuturnioꝛ vt sunt virtutes ꝛ
sciētie. Sciētia.n. difficillime est mobilis: nisi
forte grādis pmutatio fiat: vel ab egritudine
vel ab aliquo hmōi circa scientē. Simil̄r de
virtute. Justitia.n. ꝛ castitas nō facile pmutā/
tur. Dispōnes vo dicunꝭ que de facili pmu/
tantur vt caloꝛ: frigiditas: egritudo: sanitas.
Uñ habitus possunt dici dispōnes ꝛ nō ecō/
uerso. Nam illi qui habitū habēt quodāmo/
do sunt dispositi: vel melius: vel peius ad ea
que hñt. Dispositiones aūt nō sunt habitus.
Unde habit⁹ pōt sic diffiniri. Habitus est q̄li/
tas difficillime mobilis a subiecto. Dispō vo
est qualitas de facili mobilis. Scđa spēs qua/
litatis est nāl̄is potētia: vel ipotētia aliqd fa/
cile faciendi vel patiēdi: vt sanatiuus dꝛ qui
habet naturalē potentiam vt nihil ab aliqui/
bus accidentibus egritudinē inferentib⁹ pa/
tiatur. Egrotatiuus dicitꝭ qui habet naturalē
impotentiam aliquid patiendi. Durū aūt di/
citur habere natura'ē potētiam resistendi se/
ctioni. Et molle naturalēʒ impotētiā q꞉ cito
secatur. Cursores autem ꝛ pugillatoꝛes dicū/
tur simul de ista specie: nō q꞉ exerceant actus
suos: sed q꞉ habent naturalem potentiaʒ hos
actus faciendi. Tertia species q̄litatis est paf/
sio ꝛ passibilis q̄litas: vt ille q̄litates que effi/
ciunt in sensib⁹ passiones: vt in gustu dulce/
do amaritudo ꝛ filia. Et etiā ille q̄litates sūt
in hac specie: que ab aliq̄bus passionib⁹ gene/
ranꝭ vel facile vel difficile mobilib⁹ ꝛ pma/
nētibus. Siue enīʒ nigredo ab aliq̄ passione
naturali genereꝭ: siue ab egritudine vel ab
estu: q̄litas passibilis dꝛ. Quarta vo spēs q̄li/
tatis ē forma: ꝛ circa hoc aliqd ↄstās figu/
ra: vt dispō cuiuscūq꞉ corpis: vt triāgulatio:
q̄drāgulatio: rotūditas: curuitas: rectitudo.

q Ualia vo dicunꝭ que fm hec denoīa/
tiue dicuntur: vꝭ quomolibet aliter
ab his: vt a grāmatica grāmaticus: a
iustitia iustus. Uel que dicunꝭ ab aliqua qua/
litate non denoīatiue eo ꝙ nomen nō est im/
positūʒ ipsi qualitati: vt cursoꝛ ꝛ pugillatoꝛ.
ℭ Et nota ꝙ cursoꝛ ꝛ pugillatoꝛ dicunꝭ du/
pliciter. Uno modo dicunꝭ cursoꝛ ꝛ pugilla/
toꝛ ab arte currendi ꝛ pugillandi: sic sunt in
p̄ima specie qualitatis: q꞉ iste artes sunt ha/
bitus. Alio modo dicitꝭ cursoꝛ non ꝙ habe/
at artem currēdi: sed q꞉ habet naturalē poten/
tiam ad actum currēdi: ꝛ pugillatoꝛ nō ꝙ ha/
beat artem pugillādi: sed q꞉ habet naturaleʒ
potentiā ad actum pugnandi. Et isto modo
non dicunꝭ qualia ab istis naturalibus poten/
tijs: sed non denominatiue: eo ꝙ nomina nō
sunt imposita istis naturalibus potētijs a qui/
bus dicuntur qualia: ꝛ sic cursoꝛ ꝛ pugillatoꝛ
sunt in secūda specie qualitatis. Alia autem
dicunꝭ qualia non denoīatiue: quādo nomē
est impositūʒ qualitati fm quam dicitꝭ quale:
sed eam non participat fm illud nomen: vt
studiosus a virtute: ꝛ sic sunt tres modi sumē/
di quale a qualitate.

q Ualitas est fm quā quales esse dici/ Deffini/
mur. dicimur nō abs re: q꞉ to q̄lita/
omnia accñtia fm speciem nobis inherent: tis.
spiritualia cum angelis: qualitates scđe cum pecudi/ Oia ac/
bus: qualitates p̄ime cum elementis. cidētia
Cōtra hoc arguitꝭ. albedo in pariete est quali/ fm spēʒ
tas: ꝛ tñ fm eā nō dicimur quales. Di/ hoi īhe/
ces sicut dicēdū est fm eā aliqd dꝭ quale ꝛ hoc suffi/ rēt.
cit. ℭ Cōtra hoc arguitꝭ. albedo in sacro eucharistie Oppōn
est q̄litas fm quā nihil denoiatꝭ q̄le. Bifariā rñdeo.
Primo nihil ad Aristotelē. 2° dicis fm eā vꝭ filem
aliqd natū est eē q̄le. ℭ Cōtra hoc arguitꝭ. posito ꝙ
sit vnū fđm remissaʒ albedinē hñs p totū: supponen/
do ꝙ qualitates contrarie in quibuscūq꞉ gradib⁹ re/
pugnant phisice ꝛ non ad nomen loquēdo tunc fm
illam nihil denominatꝭ quale: quia albedo citra gra/
dum medium non denominat subiectum album.
Ad hoc ante rñsum est. Sed p̄terea dꝭ ꝙ Rñdet
subiectū fm eaʒ denoiatꝭ quale: q꞉
coloratū. ex qua solōne sequitꝭ ꝙ aliqd est vno sim/
plici coloꝛe coloratū: ꝛ tñ nec albuʒ nec nigrū. ꝛ sic
de singulis coloꝛib⁹ copulatiue vel copulatim: vt pʒ
per naturā nō est dabile coꝛpus sine coloꝛe: ꝛ nūc cūʒ
supposito illud nō est aliqua specie coloꝛis coloratū
sed quātūcūq꞉ coloꝛ remissus denoiat fm genus.
ℭ Insup aduertēdū est ꝙ quelibet res mūdi est q̄li/
tas. p̄mo qōlibet ↄtinuū est res fm quā aliqd deno/
minatꝭ quale: q꞉ est sue partes ꝛ p ↄñs par vel ipar: ꝛ

et pñte paritas vel imparitas a sinonimo ad sinonimũ τ vltra qualitas ab inferiori ad supius in impibilib⁹ deus est qualitas: qꝛ paritas cũ pater τ fili⁹. ipari tas: qꝛ tres psone. τ sic sanc intelligas indiuisibile de aia rõnali est res ẜm quã sortes denoiat rõnalis. Sãctus michael est ens gr̃a cui⁹ est aliqd nomen angeli

Qualitas dupl'r capit.

cum vsurpat. Sed qualitas dupl'r capit. Prime intẽtional'r supponẽdo pro re vel reb⁹ ꝯnotãdo ꝙ per cã vel eas aliqd dicat qualc. τ sic est p̃mẽtũ. inferiora hẽt quale essentiale τ quale accñtale. Scõe intentional'r signt terminos in hoc p̃mẽto ponibiles: τ sic nõ est gñalissimum. Ex illo liquet pro quo supponit quale τ qd ꝯnotet. Termini inferiores distincte ipoꝛtant qd ꝯfuse p genus ꝯnotat: albũ pro re alba supponit albedinẽ sufficientẽ denoiare totũ ꝯnotat albedo. pro ꝯnotato alibi supponit inhesionez ad sbm actu vel potẽtia ꝯnotat τ ita in alijs. Si albedo absolute albedinẽ ipoꝛtaret nullatenus in hoc p̃mẽto stabilimẽtũ accipet: sꝫ de hoc in calce p̃mentoꝝ.

Quatuor spẽs q̃litatis

Quattuoꝛ sunt spẽs q̃litatis. Prima habit⁹ τ dispõ. Scõa nãlis potentia τ impotẽtia. Tertia passio vel passibilis qualitas. Quarta forma τ circa hoc aliqd ꝯstãs figura. Et qꝛ Aristo. dicit foꝛtassis sunt plures recẽtiores dyalectici quintã τ sextã addiderũt in qnta terminos qualitati τ motui appropꝛiatos ponũt: vt intẽsum sine remissum vniforme difforme regulare irregulare. In sexta specie dñas sbales vt rõnale aiatũ corporeum.

Prima spẽs q̃litatis.

¶ Sub p̃ma specie ponunt termini signtes qualitates acqsitas post ꝓductionẽ rei iesse: siue fuerit in concreto siue in abstracto: vt theologus theologia logicus logica rhetoꝛ rhetoꝛica ars pistoria pellisparia liberalitas vtrapilia vtrapilis. Interdũ extẽdit nomẽ dispõnis: τ tũc est p̃ma spẽs qualitatis. Interdũ distinguit ab habitu: τ tunc facilitatem sepationis importat. habit⁹ võ difficultatẽ quocirca phi sciam per habitũ τ nõ per actũ τ dispõnẽ diffiniũt.

2ª spẽs q̃litatis

¶ In scõa spẽ qualitatis ponunt termini signtes qualitatẽ inatã: vt foꝛtitudo. nõ ꝓut est habit⁹ moꝛalis: sed pro roboꝛe coꝛpis. Ponunt insup tales termini risibile risibilitas τ cetere passiones vir masculus femina colera melãcolicus: τ sic de ceteris cõplexiones signãt⁹.

3ª spẽs q̃litatis

¶ Sub tertia spẽ includunt tales termini albũ albedo caloꝛ calidũ tepiditas tepidũ. Et termi denoiantes subiecta rõne inhesionis ꝑcise quare scia iracũdia τ tales nõ ponunt in hac spẽ. iracũdia si inatã iracũdiã signt: τ tũc ponit in scõa specie: si acqsitã ex multis actib⁹ iracẽdi ponit in p̃ma. τ hoc frequẽter ꝯtingit in istis duab⁹ spẽb⁹. Qualitas imobil'r sbo hẽrẽs passio vocat que pmanẽter est passibilis q̃litas. Exm̃ p̃mi vt rubedo ex verecũdia causata que nõ denoiat sbm rubeũ. Sed sbm a tali qualitate denoiat qualez ante stabilitã hẽbat. Foꝛte ponis ꝙ quãlibet qualitatem raptim hẽat: tũc dico ꝙ nulla qualitas sbm ẜm

4ª spẽs q̃litatis

modũ vulgarẽ denoiabit. In 4ª specie ponũt passiones quãtitatis ꝯtinue τ discrete. per ꝯtinue figura intelligit τ ly forme discrete vt tales termini parit par octo sexdecim. Pariter ipar sex ipariter par duodecim. Superfluus diminut⁹ perfectus τ numeri geometricales lineales superficiales numerus cub⁹ quadratus laterculus circularis τ sic de alijs. Sub figura sunt tales termini triangulus penthagon⁹ eptha gonus: τ in istis concreta τ abstracta sunt sinonima.

¶ Sequuntur propꝛietates qualitatis.

Est aũt cõtrarietas in qualitate: vt albedo cõtrariat nigredini: τ iustitia iniustitie. Hoc aũt nõ est ꝓpꝛiũ q̃litati: qꝛ nõ ꝯuenit omni q̃litati. Figura eni nõ habet aliqd ꝯ̃rium: neqꝫ aliqs medius coloꝛ: vt rubedo: blauedo. Et sciendũ est ꝙ si vnũ ꝯ̃rioꝛum fuerit q̃le reliquum erit q̃le vt iustitia est q̃litas: ergo iniustitia. iustũ est q̃le ergo iniustũ. Itẽ q̃litas suscipit magis τ minus. dr̃ enim iustus magis τ minus iustus. τ albus τ grãmaticus. Sꝫ hoc non est ꝓpꝛiũ qualitati: qꝛ q̃dratum nõ suscipit magis neqꝫ minus: neqꝫ circulus neqꝫ q̃drãgulatio: neqꝫ circulatio. Itez ꝓpꝛiũ est q̃litati ẜꝫ eaꝫ sil'e vel dissimile dici. vt alb⁹ albo sil'is dr̃: iustus iusto. alb⁹ autẽ nigro dissimilis dr̃.

Prima. Qualitati inest ꝯ̃rietas p̃me intẽtionaliter sole q̃litates ꝯ̃riant. secũde itẽtionaliter tñ termini de p̃mẽto q̃litatis aduersantur: vt videbit in postpredicamentis. Propꝛietas pª q̃litatis

¶ Scõa ppꝛietas. ꝓpꝛiũ est q̃litati ẜm cã equale vel ineq̃le dici. 2ª ꝓpꝛietas

¶ Tertia q̃litas suscipit mai⁹ τ min⁹ in sua essentia p̃me intẽtionaliter sola q̃litas intẽdit siue remittit: 3ª ꝓpꝛietas vt albedo τ q̃lĩbet accñs in aia. τ breuiter quelibet q̃litas que est accñs hoc est sunt plures gradus foꝛe penetratiue in eodem subiecto p̃mo: vt verbi causa. demõstrata aq̃ que mouet ad calefactionẽ totus iste caloꝛ partibiliter producit. incipiẽs per vltimũ istãs nõ est caloꝛis p̃mo esse vn⁹ gradus caloꝛis introductus: postea secũdus in eodẽ situ cũ p̃mo: τ terti⁹ cũ duobus primis τ sic nõ sequit maioꝛ magnitudo de per se (de p se quidẽ) qꝛ per accidẽs ad calefactionez sequit rarefactio τ maioꝛatio: quẽadmodũ maioꝛatio fit per additamentũ quantitatis.

¶ Ex isto pꝫ ꝙ nulla forma intendit: qꝛ nec prim⁹ gradus nec secũdus τ sic de alijs quẽadmodũ nulla quãtitas augef. Nulla foꝛa intẽditur

Sed phisice loquẽdo. p̃mo est vn⁹ gradus cui additur alius in eodẽ subiecto exñs: cõstituens cũ priori vnam formã. opposito mõ de remissione dicatur. Secundo pꝫ ex duob⁹ existẽtib⁹ actualiter in rerum nã̃ fit vnũ tertiuꝫ. Sed nunq̃ ex duob⁹ existẽtib⁹ in actu: capiẽdo actũ pro forma substãtiali vel pro toto cõposito sicut capit Aristo. p⁹ phisicoꝝ τ in alijs locis. Tertio sequit ꝙ duo indiuidua solũ nũo differẽtia vni subiecto inherẽt: sed tũc ꝯstituũt aliquod vnũ: sec⁹ est in specie differẽtib⁹ que nunq̃ aliqd vnũ ꝓducit: nisi vnũ sit act⁹ τ alterũ potentia vt in toto cõposito. Et ex isto facile cognoscit ꝙ nõ sequit maioꝛ magnitudo. nã cũ anima intellectiua tãte molis

reputatur

reputat̄ sicut m̄ eadē cū forma cadaueris. τ cā est: q̄z nō sūt extra se loco τ situ distincta. idez ꝯtingeret si p potētiā dei quinq̄z pedalitates se penetrarent: sed tūc nō erit intēsio. cā est. sola nā rei que nobis p̄rim experientia partim sillogismo innotescit. Nec ex iis ꝯñs est aquā esse remisse calidā τ intēse calidā: q̄z nō q̄dlibet habēs vnū gradū caloris est remisse calidū: sꝫ p̄cise vnū. ¶ Utrū oīa indiuidua eiusdē speciei eidem s̄bo inherētia ꝯstituant aliq̄d vnū dubitatio est grādis: vt pꝫ de luminib⁹ a varijs corporib⁹ luminosis p̄ductis. Idē pꝫ de noticijs extremoꝝ huius. hō est hō. τ forte dilectio sortis τ platonis sūt eiusdē speciei: q̄z nō se intēdūt. Et eodez modo de visionibus. Et ex quo ita est difficile ē illa via p̄bare duas sciētias partiales solo numero distinctas sese intendere.

Oppo. **Contra** istō aī duob⁹ v̄bis. Intensio nō fit p additionē gradus ad gradū: q̄z si sic candela in eodē situ remanēs vno anno p̄duceret lumen infinitū vł intensius q̄ꝫ corpus solare. Pria ps disiūctiue pꝫ tenēdo q̄ lumen possit p̄ducē impt̄ibiliter. Scd̄a pꝫ si impceptibilr̄ more alioꝝ. ¶ Ad

Rn̄det hoc dicūt aliq̄ q̄ intēsio forme nō fit mō dicto. Sed adueniēte scd̄o gradu forme corrumpit̄ p̄cedēs: suc cedēte tertio desinunt duo p̄mi: τ sic intensio forme fit p maiorē distātiā a nō gradu eiusdez. aq̄ est calida vt octo: nō q̄z octo grad⁹ sił habeat: sꝫ q̄z vnā formā

Instā. indiuisibilē p octo gradus a nō gradu obtinet. Sed hoc argᵐ q̄d achillicū arbitrant̄ eq̄ militat ꝯ arguētem τ rn̄dētē: q̄z si corpus luminosuꝫ p̄ducat suum lumē in istāti in fine hore erit vnus gradus p īfinitos grad⁹ distās a nō gradu luis: τ sic aer est infinite illuminatus: si 2ᵐ puta successiue seq̄tur quod infert.

Rn̄det **Ad hoc** argᵐ bifariā solet dici ab aliq̄bus lumen est q̄litas fluxibilis raptim abiēs ab alijs. τ cōiter corpus luminosuꝫ suū lumen in instāti vel tp̄e p̄ducit. nihil vn̄ q̄ꝫ in tali situ manēs amplius p̄ducēs ceteris parib⁹: sꝫ ꝯseruat lumē iam p̄ductū: τ oē ꝯseruare est cāre effectiēter lꝫ nō de nouo. sic seruat̄ rō cālitatis in q̄libet tp̄e vel in instanti sicut in principio secus est de calore. Sed post summam latitudinē caloris ab hoc agēte inductaꝫ nihil p̄ducitur de nouo: sꝫ calor productus conseruatur.

Oppo. **Arguit̄** per remissionē forme q̄ nō sūt plures gradus sił capio aquaꝫ calefactā vt octo vniformiter quā volo remouē ab igne: vel octo sūt gradus penetratiui τ vnitiui in eodez s̄bo p̄⁹ vel nō sūt. Si scd̄ꝫ positio nulla. Si p̄mū agēs corruptiuū caloris est forma aq̄ que est eque p̄sens octo gradib⁹ caloris: τ p ꝯñs nō corrūpit vnuꝫ gradum ante alios. oē agens nāle eq̄liter agit in octo passa eq̄ approximata: τ sic oēs gradus caloris corrūpētur sił.

Rn̄det **Rn̄det** q̄ gradus vltimo introduct⁹ prius corrūditur: q̄z minus in s̄bo radicat̄ τ si deus p̄duceret oēs sił ille corrūpet etiā p̄⁹: q̄z si fuissent successiue p̄ducti ille minus in s̄bo radicat⁹ fuisset. vel dicat̄ id p̄uenire ex aspectu celi. hoc rōnabilius est q̄ꝫ dicē q̄ forma aq̄ corrūpit octauū gradū τ postea p̄ducit septimū τ illū corrūpit. τ postea sextū τ illū corrumpit. τ sic consequēter vsq̄z ad nō gradū caloris: q̄z sic diceret τ dicit opinio aduersarioꝝ.

¶ Sequitur sextū caput de sex vltimis p̄dicamētis.

a Actio est s̄ꝫ quā in id quod subijcitur agere dicimur: vt secans aliq̄s dicit̄ agē in eo q̄d secat. Unde sectio ē actio τ s̄ꝫ sectionē agit secās in eo q̄d secat. τ p̄cussio est actio. Propriū actionis est ex se inferre passionē. Recipiūt eni agē τ pati ꝯtrarietatē. Calefacē eni est ꝯriū ei q̄d est frigidū facē. Et delectari est ꝯriū ei q̄d est tristari. Recipiūt agē τ pati magis τ min⁹ Calefacere eni magis τ minus dicit̄. τ calefieri dr̄ magis τ min⁹. τ silr̄ delectari τ tristari.

p Passio est effect⁹ illatioq̄z actionis: vt calefieri infert̄ τ efficit̄ ex calefacere. Propriū autē passionis est: p̄⁹ inferri ex actione. Itē passio nō est in agēte: sꝫ i patiēte. De reliq̄s v̄o q̄ p̄ri⁹ dicta sūt mō sufficiāt. Que sequnt̄ de alijs q̄ttuor predicamentis non sunt data a petro hispano. sed ab auctore sex principiorum accepta.

q Quando est q̄d ex adiacētia tp̄is in re tp̄ali derelinq̄t̄ vt hodie eē cras fore. Itē duplex est q̄ñ. s. simplex τ cōpositū: sicut duplex est tp̄s. Itez tres sūt p̄prietates q̄ñ. Pria est q̄ q̄ñ nō suscipit magis neq̄z minus. Secunda est q̄ quando nihil est cōtrarium. Tertia est q̄ quando est in omni illo quod incipit esse in tempore.

v Ubi est circūscriptio corporis locati a loci circūscriptiōe p̄cedēs: vt in ecclesia esse: in foro esse. ¶ Et diuidit̄ vbi: q̄z q̄dā est vbi simplex τ est illud quod a simplici loco p̄cedit: vt est locus pūctoꝝ. Et quoddā est vbi compositū: τ est illō q̄d a loco cōposito p̄cedit. ¶ Proprietas vbi sūt due. Pria est q̄ vbi nihil est ꝯriū. Scd̄a est q̄ vbi nō suscipit magis neq̄z minus: hoc est q̄ vbi non suscipit intēsiōez nec etiaꝫ remissionem.

p Positio est q̄dā p̄tiū sit⁹ τ ḡñationis ordiatio: vt sessio: statio: τ sic de alijs. ¶ Itē tres sunt p̄petates positiōis. ¶ Pria ē q̄ positio nō h̄ꝫ cōtrarium. Secunda proprietas ē q̄ positio nō suscipit magis neq̄z min⁹. ¶ Tertia ē q̄ p̄priū est positioni substantie maxime assistere.

h Habit⁹ est corpoꝝ τ eoꝝ q̄ circa corp⁹ sūt adiacētia: vt tunicatū esse: loricatuꝫ esse. Et sunt tres p̄prietates eius.

Prima est: ꝙ habit⁹ suscipit magis ⁊ minus. vt eques est armatioꝛ pedite. ¶ Scōa est. ꝙ habit⁹ nō habet cōtrariū. Tertia est: ꝙ habit⁹ semper est in plurib⁹. s. in habēte ⁊ in habito.

De p̄dicamento actionis.

Termini actionē īpoꝛtātes vt amo lego in p̄mento actionis ponunt̄ quēadmodū terī passiones īpoꝛtātes in p̄mēto passionis ⁊ sic in p̄mēto actionis v̄ba actiui gn̄is passiui neutralis deponētis ⁊ cōis locant̄. exēpla p oꝛdie3 amo: liceoꝛ: ambulo: loquoꝛ: criminoꝛ: actiue ⁊ ꝓpoꝛtionabilr̄ de v̄bis passiuis v̄beroꝛ: liceo: exulo: nascoꝛ: patioꝛ: criminoꝛ in passiua fictione. Verba actiui generis sunt que in o desinunt ⁊ r sup o latine recipē possunt. Verba actiua sunt ea que actiones sign̄t. Et sic gradioꝛ est v̄bū actiuū. sed nō est actiui gn̄is de participijs ⁊ v̄balib⁹ actionē īpoꝛtātib⁹ instar actiuoꝝ cēseat̄ ꝓpoꝛtionabilr̄ de passiuis. Proprietas actiuoꝝ est ꝙ actio īfert passionē ⁊ ecōuerso hoc est an̄s in q̄ ponit̄ v̄bū actiuū ꝯn̄s de v̄bo passiuo infert vt soꝛtes diligit deum: ergo deus diligitur a soꝛte.

Op. p̄⁹

Contra hoc arguit̄ sic. Nō sequit̄ soꝛtes dicit falsum: ergo falsu3 dr̄ a soꝛte: ⁊ tn̄ ar̄ p regulā: igit̄. maioꝛ p3 supponēdo Platonē dicere an̄s ⁊ soꝛtem ꝯn̄s. tunc an̄s est veꝝ ⁊ ꝯn̄s falsum.

Rn̄det. ¶ Rn̄det ꝙ ꝯn̄a est bona nec falsu3 se fallens ex vero sequi incōuenit.

2⁹ opp. ¶ Scōo ar̄. nō seq̄t bertha facit camisiā: ergo camisia fit a bertha. ⁊ tn̄ ar̄ p regulā: igit̄. Maioꝛ p3: q: suppono casu3 verificatiōis an̄tis. ꝓbatur falsitas ꝯn̄tis camisia fit a bertha: ergo hec vel illa. Et ex ꝯn̄te hec camisia fit a bertha ⁊ hec camisia est pānus: ergo pānus fit a bertha. ꝯclusio ē falsa vt supponit̄ ⁊ minoꝛ vera saltez hec camisia est pannus ⁊ filum quod equaliter probat intentum.

Rn̄det

Respondet̄ ꝯn̄a nihil valet. ꝯn̄s est falsum cū res artificialis sit nā lis nec bn̄ arguit̄ p regulā: sed sic arguēdū est. a bertha fit camisia vt maneat silis appellatio in ꝯn̄te sicut in an̄te. Et pro tota mā pono ꝓpōnes.

Propōnes. ¶ Pria est. hec camisia creuit in hoꝛto. ¶ Scōa est. hec nunꝗ̄ erat vera hec camisia est crescens in hoꝛto. ¶ Tertia est. hec camisia nō creuit camisia in hoꝛto. ¶ 4ᵃ est. hoc linum fit camisia a bertha. ⁊ tamen hec camisia nō fit linū ab eadē. ¶ 5ᵃ. berta facit hanc camisia3 ⁊ nihil facit. Sed nō est ociosa nec gratis dat̄ ei pecunia cū faciet camisiā. ¶ Vltima ꝓpō. nō sequit̄. berta facit istū pannū taliter se habere: vel facit isti pannū camisiā: ⁊ istū pannū taliter se habē est iste pānus: ergo berta facit isti pannū. Prima ꝓpō ꝓbat̄. hoc linū creuit in hoꝛto: ⁊ hoc linū est vel fuit hec camisia: ergo ⁊c̄. Ex quo ꝑspicuū est ꝙ hec camisia non fuit ab eterno: ⁊ hec camisia nō fit ab hoīe. Sed hec camisia fiebat a terra ⁊ a semine tanꝗ̄ a causis secūdis. ⁊ eodem mō ꝯcedat̄ ꝙ tunica regis fuit lana sup doꝛsu3 arietis. Alie ꝓpōnes clarēt.

3⁹ opp. Tertio ar̄ nō seq̄t. ꝓmitto tibi equū: ergo equus tibi ꝓmitit̄ a me. ⁊ tn̄ arguit̄ p regulam: igit̄.

Rn̄det ¶ Rn̄det hec ꝯn̄a est bona: ⁊ cōcedendo an̄s ꝯsequens nō est negādū ꝙ̄ꝙ̄ antiq sophiste negarent ꝯn̄iam. Sed op3 sic arguere. ꝓmitto tibi equū vel debeo: ergo a te mihi ꝓmitit̄ equus. S3 illud ꝯn̄s infert equū esse ꝓmissum: vt p3 p extrema huius. tibi a me ꝓmitit̄ equus. equus est vnū extremū: ꝓmissum tibi a me aliud.

4⁹ opp. ¶ 4⁹ arguit̄. nō sequit̄ isti pugnāt vt vincant se: ergo isti pugnāt vt vincant demonstrādo soꝛtē ⁊ platonē ꝯfligentes.

Rn̄det ¶ Rn̄det ꝙ ꝯn̄a est bona ⁊ ꝯn̄s est cōcedendū cū antecedēte. soꝛtes pugnat vt vincat platonē ⁊ plato soꝛtem: ergo isti pugnāt vt vincāt se copulati. eodē mō claret ꝯn̄s ⁊ sic ꝯcedendū est. isti pugnāt pro istis. isti pugnāt ꝯ̄ istos. vtrobiꝙ̄ demonstrādo eosdē. Isti pugnant ꝯ̄ ipsos pro q̄b⁹ pugnant quēadmodū soꝛtes ⁊ plato diligunt istos: ⁊ soꝛtes ⁊ plato odiūt istos. posito ꝙ soꝛtes diligat se ⁊ nō platonē ⁊ ecōuerso. ¶ Teri ponūtur in p̄mento vbi ⁊ qn̄ qui apte rn̄dent ad coꝝ q̄sita. Ex quo p3 tales terios esse in p̄mento vbi rome: in gallia: romāus: gallus eodē mō claret tales terios esse in p̄mento qn̄: heri nudiusterti⁹: ꝑdie: postridie: hodie. Dictiones impoꝛtātes tp̄s alique respectiue dicunt̄: ⁊ sunt in p̄mēto relatiōis: vt prius ⁊ posterius. Alique impoꝛtant tp̄s vt est mēsura mot⁹: ⁊ tales sūt in p̄mento quātitatis. Alie supponūt pro aliquo connotando coexistentiā ad tp̄s p̄sens: ⁊ tales in p̄mento qn̄ ponunt̄. ⁊ sic idē terius equoce frequēter in p̄dicamēto qn̄ ⁊ quātitatis locat̄. Silr̄ in p̄mento vbi ⁊ situs. Foꝛte dicis in aula est qd cōplexū: imo distās eius: in aula: ergo nō ponit̄ in p̄mento.

Instat̄. Rn̄det ¶ Rn̄det cōplexio que significatiue possit esse extremū nō habēs ꝯnotat diuersoꝝ p̄mētoꝝ parum ꝑcedit. Insuꝑ dr̄ ꝙ capit̄ loco vnius incōpleri.

2⁹ opp. ¶ 2⁹ arguit̄. vbi nō predicat̄ q̄dditatiue de isto terio ens in coqna: ergo nō est genus ad oēm terium rn̄siuū apte ad q̄situm hui⁹ p̄mēti. ꝓbat̄ assumptū. coqna nō ponit̄ in hoc p̄mento: imo in p̄mento actionis vel passionis: vt p3 p cōnotatū supponit pro domo ꝯnotando ꝙ in ea decoquant̄ cibaria vel ad hoc instituta. antecedēs claret de isto terio ens in hoīe. Si querat̄ vbi fuit sciētia aristo. apte dicimus fuit in hoīe. ⁊ tunc sic ens nō est terius ꝯnotatiu⁹ ꝑpositio in nihil ꝯnotat. hoīe est absolut⁹: ergo totū nō ꝯnotat: alr̄ sine noꝛma dicet̄ animal hō ē terius ꝯnotatiu⁹.

Rn̄det ¶ Rn̄det ꝙ hoc totū supplet vicē vnius teri ꝯnotatiui habens ꝯnotationē inferioꝛē ad vbi. Ex hoc facile diluit̄ foꝛma argumenti. ¶ Pari passu situs ⁊ habit⁹ dinoscunt̄. sedens ponit̄ in p̄mento situs ⁊ supponit pro soꝛte cōnotando ꝙ habeat mēbꝛa sic disposita vt sufficiāt ad sessionē: nō ꝙ sessio distinguat̄ a re sedēte. Silr̄ paries supponit pro aliquo vel aliq̄b⁹ ꝯnotando ꝙ habeat talē situm supra fundamentū ⁊ infra tectū quocirca paries p solū motū localem nō paries efficit̄. S3 tales teri pes manus multiphariā accipi possunt.

Termī multipl̄r accipiūtur. Vno modo pes supponit pro tali mēbꝛo cōnotando qd̄ situetur in infima parte coꝛpoꝛis. Scōo mō supponit pro aliquo cōnotādo talē figurā quadrāgularē cu3 quinꝙ̄ articulis vel equiualētī. Alio mō cōnotat ꝙ sit alicuius pars. Primo mō in p̄mēto situs. Scōo mō in quarta specie q̄litatis. 3⁹ mō in p̄mēto relatiōis. Ex

quo

quo liquet. Si pes poneret in pectore non est pes de
p̄mēto sit⁹: ⁊ p ɔ͞ns simplr nō ē pes. Sꝫ bn̄ de p̄mē
to q̄litatis. De pede separato a toto nullaten⁹ est pes
nec vnq̄ fuit pes: nec aliqs nostrū vnq̄ comedit pe
dē bouis. Habitus supponit pro aliquo ɔnotando
ꝙ illud se habeat p modū ornat⁹ vel deornat⁹. Tu-
nica hꝫ ɔnotationē inferiorē supponit pro veste ɔno
tando ꝙ taliter se hꝫ p modū ornat⁹. Interdū tuni-
ca pro eodē supponit ɔnotando ꝙ taliter disponat
ab artifice: ⁊ sic est in quarta specie q̄litatis eodē mō
de talibus calige capuciū dicat. tunicatus eodeꝫ mō
in hoc p̄mēto ponit. ⁊ talia ɔcreta noialr ⁊ nō parti
cipialr sumunt. Facile est arbores in q̄libet p̄men to
texere instar s̄bie seruata rōne inferioritatis ⁊ supiori
tatis saltē in q̄libꝫ p̄mēto arboris facile est assignar.

Op. p̄° Dubitat circa oia p̄menta. Utrū tm̄ decem
sint p̄mēta. Et arguit ꝙ non. S̄bia
nō est p̄mentū: ergo nō sūt decē. Assumptū pbo. da
bilis est vna ɔuenientia essentialis s̄bie ⁊ accidēti cō-
uenienes: ⁊ ab oi ɔuenientia essentiali abstrahi pōt ɔce
ptus res ɔuenientes significās: igit maior pꝫ: qꝛ albe
Op. 2° do ⁊ s̄bia in esse ɔueniunt. ¶ Scdo ar. tm̄ duo sunt
p̄menta: ergo nō sunt decē. ɔ͞nia ad ppositū claret: ⁊
pbat añs. est tm̄ vnū p̄mentū terminoꝝ absolutorū:
ergo tm̄ vnū erit ɔnotatiuoꝝ. ɔ͞nia tenet a ɔueniente
similitudine. Si dicas ꝙ tanta est ɔueniētia in disɔ
notatione q̄ circa inficit esse simile. Sic etiā tantū dis
criminis est in terīs absolutis: vt pꝫ de terīs dispara
Op. 3° tis impertinentib⁹ ⁊ sinonimis. ¶ 3° arguit pbādo plu
ra esse p̄menta. nō sortes est p̄bile fm multos incom
plexū. etiā nō oia cōplexio p̄pedit in p̄mento: ⁊ non
in p̄mento s̄bie: qꝛ est terius ɔnotatiuus. etiaꝫ hec est
falsa. ois nō sortes est s̄bia. ⁊ deniq nullū generalissi
Op. 4° mum q̄dditatiue ⁊ ēēntialiter vere enūciat. ¶ 4° ar.
teri scdē intentiōis vt genus nomē ppō sunt incōple-
xe in nullo p̄mēto ab Aristo. signato ponunt qꝛ no
men non ponit in p̄mento ad aliqd: qꝛ quero de suo
Op. 5° correlatiuo. ¶ 5° arguit de istis terminis cenans prā
dens non sunt in p̄mento actiōis: qꝛ ipsi nō ɔnotant
⁊ pari rōne non sunt in p̄mēto qn̄: ergo pro eis videt
signandū esse p̄mentū: quēadmodū videt signanda
esse species. Ex istis terīs petragonus triangonus pē
thagonus que neqꝫ ponunt sub ɔtinuo neqꝫ sub di-
Op. 6° screto. ¶ Sexto. actiuū ⁊ agens quale ⁊ q̄litas quā-
tum ⁊ quātitas sunt p̄menta: ⁊ tn̄ nō sunt sinonima
fm multos. terius ampliatiuus ⁊ nō ampliatiu⁹ idē
ondit. Possunt fieri sophismata ex pte ppositionis
Rn̄sio exclusiue ⁊ ꝙ tm̄ qnqꝫ sunt p̄bilia ⁊ tm̄ q̄tuor p̄ta.
ad p̄mū ¶ Sed ijs p̄termissis rndet ad primā rōnem ɔcedē
do ɔ͞ns argumēti ex quo nō seqt plura q̄ decē esse p̄
dicamēta. Substantia est genus subalternū sub ente
ɔcentū: alterū genus est accidēs absolute captū. Pri
mū mēbrū ɔtinet terīos absolute s̄biam signtes. Se-
cundū mēbrū. terīos absolute accidens impor̄tātes
vt albedo caliditas quātitas more multoꝝ. Hoc nō
obstante quātitas ⁊ q̄litas ɔnotatiue sumpta sūt p̄di-
Rn̄sio camenta. Aristo. nō daret casuꝫ de accidēte. ¶ Ad
ad 2ᵐ. scdm argumētū qcquid dicat censeo ꝙ si Aristo. so
lum duo posuisset p̄menta illo numerō ɔtēti mansisse
mus: auctoritas ergo phoꝝ est potissima cā de nu-
mero denario que aliq̄s ɔgruētias hꝫ vt pꝫ arguen-
do longe maior est diuersitas in terīs cōnotatiuis q̄
absolutis. ¶ Ad tertium dicat ꝙ est terius cōplexus Rn̄sio
q̄ p̄cise nō satisfacit addat solū priuatiue in p̄mento
ponitur cū hoc terīo sortes: ⁊ in nullo p̄mento sim-
pliciter. ¶ 3° rndet gratia disputationis ꝙ est p̄mē- Rn̄sio
tum pro terīs infinitis: vtputa nō chimera hꝫ ɔnota- ad 4ᵐ.
tionē generalissimā respectu terioꝝ infinitoꝝ nō chi-
mera supponit pro aliquo qn̄ imo pro q̄libet re mun
di ɔnotādo ꝙ nō sit chimera nō hō ⁊ nō albū illam
ɔnotationē distincte participāt. Nec habēdus est ocu
lus ad ɔnotationē de albū sed ad priuatiuā solū quē
admodū euenit de talibus in exercitu in hoie albior
⁊ nigrior: Species specialissime ⁊ īdiuidua dari pn̄t
nō s̄bia est genus nō hō est spēs specialissima: quēad
modū hō est species. ⁊ ad aristotelē dicat qꝛ posuit p̄
dicamenta dūtaxat teriorum finitoꝝ. ¶ Circa mate
riā quarti argumēti voluēt positiōes aliquib⁹ dicēti-
bus oēs terios scdē signōis cōplexos: ⁊ p ɔ͞ns in nul
lo p̄mento debere reponi ⁊ qꝛ hoc nō est verisimile.
Aliȷ apparentius predicamentum signi pro talibus
astruunt. Aliȷ signū propositionale post vbi signuꝫ
est prime significationis. satius reor esse dicenduꝫ ꝙ
decē predicamenta aristo. sufficiant. ⁊ tunc bifariam
pro terminis propositis respōdere poterimus. Pri
mo ꝙ aliqui ponuntur in predicamento relatiōis vt
genus spēs. Aliq in p̄mento qualitatis: vt affirmati
ua negatiua. Aliqui in p̄mento quātitatis: vt vl'e par
ticulare indefinitum propositio oratio. ⁊ sic saluatur
oratio species quantitatis. Secundo sic ⁊ melius ꝙ
termini secunde intentionis omnes in predicamento
relationis stabiliuntur signum ⁊ signatū relatiue di-
cuntur nomen ad terminos quos significat: ⁊ respe-
ctiue dicitur ad illos: sed bene verum est ꝙ correla-
tiuum signati non habet: quemadmodū conuerten
tia non conuenit generi speciei: vt ante hac memini-
mus in relatione. hoc quadrat littere aristotelis. In
super predicabile ⁊ vniuersale postq̄ connotatiōes
impares sortiuntur non bene locantur in eodem pre
dicamēto fm illas acceptiones: nec argumentū mi-
litat eos non esse locandos in relatione: quia ibi pre-
cise consideramus respectum aliam cōnotationem a
tergo relinquētes. prius ⁊ posterius in adaliquid po
nuntur ⁊ nō opꝫ pridem esse in predicamēto. albior
⁊ nigrior ibi satis apte locantur. Insuper isurgis de
aliȷs cōnotatis quia predicabile hꝫ duo ⁊ vniuersale
vnū. ¶ Rndetur ꝙ respiciendū est ad cōnotationeꝫ
respectiuā: ⁊ fm illā solum ponit in predicamento:
⁊ tunc non currit argumentuꝫ. vel adaliquid hꝫ vnā
cōnotationem tm̄ vel duas: vt pꝫ de albior nigrior: ⁊
de terminis in p̄mento vbi situs ⁊ qn̄. ¶ Ad quintū
dr̄ ꝙ tales termini ponunt in duobus p̄mentis copu Rn̄sio
latim ab Aristo. traditis. s. agere ⁊ qn̄ ⁊ penthago- ad qntū
nus in vno gener ⁊ sub duabus specieb⁹ copulatim.
¶ Ad sextū dr̄ ꝙ concretū ⁊ abstractū teri impor̄tā Rn̄sio
tis actum ⁊ aptitudinē pro eodē p̄mento reputant: ⁊ ad 6ᵐ.

sic nō decem sunt p̄menta stando in hac diuisiōe. vel terius sig̃t s̄bam absolute quantitatē p modum quātitatis qualitatē p modū qualitatis ⁊ sic de alijs. Potest formari dubiū de terio nō significatiuo ⁊ de hac voce sortes. dicendo q̄ hec vox sortes s̄z significatū non vltimatū est sp̄e: ⁊ hoc scriptū sortes s̄m significatū non vltimatū est genus: ⁊ p̄tur de plurib⁹ differentibus specie de imagine que rubedo ⁊ albedo est. Sed de talibus significationibus non curant ph̄i.

¶ Sequitur vltimum caput de postpredicamentis.

d Dicit autē alterū alteri opponi quadrupliciter. Oppositoꝝ eni quedā sunt relatiue opposita: vt pater ⁊ filius: duplū ⁊ dimidiū. Quedā sūt priuatiue opposita. vt priuatio ⁊ habitus: visus ⁊ cecitas: auditus ⁊ surditas. Alia sunt cōtrarie opposita: vt albū ⁊ nigrū. Alia sunt ꝯdictorie opposita: vt sedere non sedere. ¶ Relatiue opposita dicunt quecūq̄ ea ip̄a que sūt oppositoꝝ dicunt vl̄ quomodolibet aliter ad ea: vt duplū ⁊ dimidiū: disciplinatū ⁊ disciplina. ¶ Contraria sunt que sub eodē genē posita maxime a se inuicē distant: ⁊ eidē susceptibili vicissim isūt: a quo mutuo se expellūt nisi alterū insit a natura: vt albedo in cigno ⁊ nigredo in coruo. Caliditas aūt non est in igne vt accidēs in s̄bto imo vt s̄bale in eo cuius est s̄bale: sicut sunt q̄dā que cadūt in diffōne alicuius nō s̄m p̄tionē sed potius vt principiū. vt punct⁹ in diffōne linee: ⁊ vnitas in diffōne numeri. Et iste modus essendi in ꝯtinet sub quarto modo s̄m quē vnaqueq̄ pars diffōnis est in suo diffinito: ⁊ sic ignis nō est s̄btm caliditatis: sed mā ignis est s̄bm eius. hec eni susceptibilis est caliditatis ⁊ frigiditatis. vn̄ caliditas est mā ignis vt in s̄bto: in igne vero nō vt in s̄bto: sed vt s̄bale in eo cuius est s̄bale: q̄ cadit i diffōne ei⁹. Ignis eni est corpus subtilissimū: ⁊ cādidissimū agēs sup aera s̄m totā suā virtutē. ¶ Priuatiue opp̄ᵃ sūt illa q̄ h̄nt fieri circa idem s̄btm ordine irregressibili: ⁊ tēpore determiato a natura. Ordine irregressibili dico q̄ ab habitu in priuationē deuenire possibile est: sed nō ecōuerso. Impossibile eni est a priuatiōe in habitū regressuz fieri: vt visus ⁊ cecitas habēt fieri circa oculuz. A visu autez deuenire in cecitatem possibile est: sed non econuerso s̄m naturam.

